



fb. 1
D.

GOTHO FREDI FIBIGII
TRACTATUM

DE *J. Simon*

CONCURSU
ACTIONUM
PRODROMUS.



LIPSIÆ

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻
Impensis Gothofredi Grossii, Bibliop.

ANNO M. DC. XXVI.

GOTTHOFERNDI FIBIGII

TRACTATUM

DE

PLINIUS lib. 1. Epist. 3.

Effinge aliquid & excude, quod sit
perpetuò TUUM. Nam reliqua
rerum tuarum, post te, alium atq̄ve
alium dominum sortientur. Hoc
nunquam TUUM desinet esse, si
semel coeperit.

Decorative flourish consisting of two rows of stylized floral and scrollwork patterns.

VIRIS

NOBILISSIMIS, STRENU-
IS, MAGNIFICIS, AMPLISSI-
MIS, CONSULTISSIMIS, &
PRUDENTISSIMIS,

Dnn.

CAPITANEI,
SENATORIBUS, SYN-
DICIS & SECRETA-
RIIS

*Florentissima in Silesia Vratisla-
viensis Reipublice,*

Dominis ac Patronis suis omni
observantiae cultu & debi-
ta animi submissione co-
lendis.



*Andem se voti
mei aliqualis ob-*

A 2 tu-

EPISTOLA

tulit. occasio, Viri Nobilissimi, Strenui, Magnificissimi, Amplissimi, Patroni & Evergetæ incomparabiles et atemq; observandi. Unicè enim optavi hætenus, ut, sicut beneficia vestra in me collata omnibus sunt notissima, gratitudinem meam, quam me debere omnes etiam norunt, declararem publicè, faceremq; cognitam omnibus, ne ullo modo viderer ingratus.

DEDICATORIA.

gratus futurus, dum fur-
tivè duntaxat & in an-
gulo quasi per schedulas
gratias agerem.

Quicquid ergo primi-
tus meæ qualiscunq; vel
assiduitatis, laboris, vel et-
iā ingenii esse possit, id Vo-
bis, Viri Nobiliss. ac Stre-
nui, devovere semper me-
cum constitui. Et ideò
non diu, quod Tutelare
Numen fatui huic meo
A 3 af-

EPISTOLA

adscisserē, in ancipiti fuit
animus. Immò potius an-
tequam hic fœtus meus
Conceptus & natus est,
grato animo ipsi vos Ipsos,
Patroni Magnifici, patro-
nos destinaui. Conceptus
ille est in celeberrimâ LL.
nutrice Salanâ, cui ob sin-
gularem omnium Facul-
tatum Dnn. Professorum
in me amorem, fauenti-
am & affectum, me ma-
ximè obstrictum & obli-
gatum

DEDICATORIA

gatum agnosco, & inprimis Amplissima, qua ibidem est, Facultati Juridica, tum ob fidelem & paternam Antecessorum Juris informationem, cujus causam nec me nec ullum

JENÆ vixisse pigebit, uti jamdudum bono nomine scripsit Magnificus & Nobilissimus Dn. Dominicus Arumæus, Juris-consultus propter tot & Publici & privati Ju-

A 4 ris

EPISTOLA

ris edita scripta per Uni-
versam Europam verè ce-
lebratissimus, laudatq;
Facultatis Juridicae Ordi-
narius gravissimus & me-
ritissimus, Praceptor &
promotor meus suspicien-
dus in praefat. Disputatio-
num ad Pandectas: tum
ob arte annuum & quod
excurrit concessam mihi
per tentamina, examina
rigorosa, & Disputationē
Publicam habitam, sum-
mum

DEDICATORIA.

num in Utroq^{ue} Jure assu-
mendi gradum Doctore-
um, Licentiam. Natus
verò est in hac illustri Lip-
sia, quam ob multos mei a-
mantes animitus amo, &
in primis eos, qui in pra-
ctico Juris studio, cui nunc
ferè totus incumbo, me
multum adiutant. Viros
intelligo Magnif. Amplif.
Excellentif. Dn. Sigism.
Finckelthaus, Dn. Cas-
sparum Jungerman, Dn.
Samuelem Mosbach, Dn.

A 5

A 2

EPISTOLA

Casp. Ziegler, Dn. Andre-
am Scheffer, Dn. Quiri-
nũ Schacher, quos honoris
causa nominare placuit.

Prius ergo, inquam,
quã fœtus meus vel Li-
psie natus, vel etiam Fena
conceptus est, semper ego
ita sensi, Vobis, Viri Am-
plissimi, illũ deberi, Vobis
hunc honorem habendum,
Et vestro nomini honora-
tissimo, hoc quicquid est,
inscribendum Et dedican-
dum

DEDICATORIA.

dum esse, ut ut & Fena &
Lipsia cū florentissimā Ve-
strā Republicā primum
de prerogativā certare
viderentur. Illa primam
libelli hujus originem &
conceptionem: Ista istius
nativitatem: hac verò
mei ipsius autoris & origi-
nem, & honestam educa-
tionem, & studiorum me-
orum promotionem pre-
tendebat. Et tandem quoq;
obtinebat, patria mea cha-
ris-

EPISTOLA

riſſima, quæ primum iure
mibi hoc in caſu videbatur
obtinere locum. Vobis igi-
tur, Patriæ Patres, libellū
hunc more decenti & ani-
mo obſequioſo nunc offero,
ſuſcipite eum, quaſo, lu-
benter, nec doni chartacei
vilitatē, ſed animum ma-
gis pium, devotum, grati-
tudinisq; cupidiffimum, à
quo illud profectum, inſpi-
cite, nec non me meoſq; fa-
vorem fovete, ac ſtudiorum
meo-

DEDICATORIA

meorum conatus promo-
vere pergite. Quod si fiet,
fiet certè, ut ad majora ex-
emplo meorum SILESIO-
RUM fiam promptior & a-
lacrior. Valetè, Viri No-
bilissimi & Strenui, & ut
patriæ, (quam Æternus
DEUS diutissimè sartam
tectam conservare, tueri
& sospitare velit) immò o-
mnibus & singulis felicif-
simè diurnetis, ex animo

pre-

EPISTOLA DEDICATOR.

precor. Dabam ex Lipsià ipso festo Johannis Baptista. ANNO 1636.

Vestrarum Nobilitat.
Magnificent. & Am-
plitud.

Observantissimus

Gothofredus Fibigius.

Lectō-

*Lectori Benevolo & Can-
dido Salutem & Officia.*

Non potui facere, a-
mice Lector, quin &
te meo salutarem al-
loquio. Suasit mos Dd. re-
ceptissimus: Postulavere a-
lia, quæ partim tibi indicari,
partim à te peti ex re & tuâ
& meâ omninò videatur:
*Prodromum tractatuum meo-
rum quælibet quælibet de Con-
currentiâ Actionum nunc
tibi exhibeo, & in eo simul
principia ac fundamenta
materiei illius generalia*
præ-

PRÆFATIO

præmitto, inq; ijs unicè subsisto, neqvaquam verò ad specialia progredior, cum hæc illorum potiùs præviã accuratamq; cognitionem indubiè priùs postulent. *Prodromi* nomē foetui huic meo indidi, recordatus *prodromi* laborum Theologorum Parentis mei desideratissimi, in patriã urbe Vratislaviã ad D. Bernhard. quondam Archidiaconi, & si ipse ego ipsi præconia ponere possem, dicerem meritissimi. Cæterum methodo usus sum perspicuã, & genere

AD LECTOREM,

nerè loqvendi familiari, ut
materiæ nostræ difficultas,
si non infringi, debilitari
saltem & minui posset. *Pro-*
dromum, nunc tres sequen-
tur *Tractatus* alii: *Primus*
aget de *Concurso Actionum*
Electivo. *Secundus* tracta-
bit de *Concurso Actionum*
Successivo Cumulativo. *Ter-*
tius & *ultimus* enucleabit
Concursum Actionum simul
cumulativum, quem Dd.
vulgò vocitant *Actionum*
Cumulationem. Hiscetora
absolvetur de *Concurso A-*
ctionum materies. Tuum
nunc

P R Æ F A T I O

nunc est, *Candide Lector*, con-
natiui huic meo favere, &
applaudere. Industriam &
laborem ipse quidem non
deprædico, cum qui pro-
pria laudat, licentiam aliis,
& seipsum & scripta crimi-
nandi offerat, uti rectè cum
Antonio de Guevara scribit
*Magnificus Dominus Sigis-
mundus Sinckelthaus / Ju-
ris-consultus Eminentissimus,
Facultatis Juridicæ in Alma
hac Lipsiensi Academiâ Or-
dinarius Dignissimus, Pro-
motor meo et atè observando*

*Observat. pract. præf. ad
Lect. Num. 10. Immo*

AD LECTOREM

Immò legendo, opinor, ipse cognosces, & maximè ex sequentibus meditatìs certè & Theoreticis & Practicis. Unum vero est, quod tristis timeo, timidusq; prævideo, diversa scilicet aut magis perversa hominum iudicia. Novi enim naturalem hominum ad dissentiendum facilitatem, de quâ ipse Ulpianus testatur in

l. item unus §. principaliter 6. ff. de recept arbitr.

Novi lividos calumniantium morsus, quos nemo evadere potest. Testantur id
exem-

PRÆFATIO

exempla quāplurima, quæ
vel prærogativæ authorita-
tis virorum scripta concer-
nunt. Quidni ergò parvissi-
mo mihi, qui me illorum
discipulum jure meritoque
profiteor, hoc idem acci-
det? Qvî extra eam com-
munem sortem me ponam?
Novi namq; plus satis opti-
mè etiam cogitata pessimè
cadere solere. Qvocirca
ex momis fore multos præ-
sagit animo, qui & meæ æta-
ti minùs cōvenire invidiosè
dicent, quod ego à nemine
hactenus susceptum, susce-

pe-

AD LECTOREM.

perim, & ita, ut de eo integros tractatus polliceri ausus fuerim, quodq; ab aliorum celebriorum Dd. sententiis recesserim, & in diversas sæpiculè abiverim partes. Videri me præ aliis velle hinc inde se videre dicent: Sed indubitatè falsò: Multa peccabunt, innocentem injustè accusabunt. Abfuit à me abest & aberit quoad vixero odiosa illa philautia, ruditatis certissimum indicium. Suscepi quidem, fateor, materiam à nemine hæctenus tractatam

PRÆFATIO

tam, sed suasu & instinctu aliorum, quibus refragari piaculum duxi, suscepi, hanc spe fretus, nihil tam esse arduum, quod labore vinci non possit. Titulum, quem præ se fert hicce libellus, dictavit veritas, non ambitio, non ostentatio. Deinde liberè etiam, fateor, quod mens in pectore habet, exposui, liberè disputavi, salvâ tamen cujusq; authoritate, salvo aliorum rectiùs sentientium iudicio: *Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas.* Servilibus

AD LECTOREM.

bus, non liberis & liberalibus arridet ingeniis illud: *αὐτὸς ἔφα.* Quicquid ergo scripsi, veritatis causa scripsi, nihil obtrectationi, nihil novitatis studio dedi. Ne tamen me errare potuisse unquam inficias ibo. Absit! Homo sum, nihil humani à me alienum esse existimo. Et si tu quoq; humanus es, facile erratis & lapsibus istis humanis humaniter ignoscas, potissimè si materiæ nostræ gravitatem cognoscas. In arduis enim etiam in imis subsistere laus est;
Sat prodire tenus, si nō datur ultra.

Idc

PRÆFAT. AD LECTOR.

Ne verò, quæso, erroribus, quos
fortè erravi, atrocius insulta, sed
potius amicè scribe, mone, cor-
rige & erige: Persuadeas tibi ve-
lim, quod monitus meliora se-
quar. Animadversionem recipe-
re non abnuo, sed meris susci-
piam lubentiis, modò ingenua
sit amica & humana, bonoque
animo profecta. Hanc & expe-
to & exspecto, si quâ opus erit.
Tantum ad te *Lector benevole*;
Vale optumè & constanter mihi
fave.



Σὺν Θεῷ.

PROSCENIUM.



Ulti multa
pro solemn
suo rem com
menda tur in
apricum pro
ferre norunt & amant quo
que argumenta, inter quæ,
opinor, familiam indubiè
ducit, quod à rei gravitate
& difficultate cum utilitate
conjunctâ desumitur. Fuit
namq; hætenus, manet &
erit etiam verissimum græ

B co-

Proscenium.

corum illud brocarticum:
δύσκολα τὰ καλὰ: quæ præ-
clara eadem & ardua, red-
dit eloquentiæ Romanæ
fons Cicero. Quocirca &
hinc unicè, ut aliarum lau-
dandi rationū concursum,
qui hic sese offert, nuncta-
ceam, amplissimum acce-
ptat splendorem ac com-
mendationem, (si modò id,
quod se ipsum commen-
dat, aliquâ indigeat, quod
negat Ulpianus

in l. 1. Dig. de restit. in integr.

nostra de **CONCUREN-**
TIA ACTIONUM mate-
ries,

Proscenium.

ries, materies in iuridicinâ
nostrâ profectò aspera &
salebro sa, ac ubi omnium
legalium difficultatū con-
troversiarumq; copiosissi-
mus est concursus. Vis fidē
verbi? Ecce tibi! Ita omnes,
qvotqvot oculis mihi usur-
pare licuit, & qvibus aliàs a-
liis difficillima, qvotidiana
& vulgata audiunt, dum
materiei nostræ mentionē
modò faciunt, illicò de dif-
ficultate ipsius aliquid adje-
ctant, exclamant, conqve-
runtur. Multiplicem & con-
fragiosam appellitat ma-

Proscenium.

teriam ex Hottomanno
Hilliger

*In Donello suo Enucleato
libro 21. cap. 3. in Not. lit.
A. pag. 716.*

Nimiūm nimirum concisis
& in speciem pugnantis
Consultorū responsis, ob-
scuram, variantibus inter-
pretum maxime novarum
doctrinis magis obscura-
tam: Non minūis quā vete-
riorum commentis agita-
tam, usuq̄ve judiciorum in-
volutam esse de **ACTIO-**
NUM CONJUNCTIONE
ET CUMULATIONE

Proscenium.

NE DOCTRINAM. Testatur & hoc *Petrus Fridericus Mindanus*

lib. 3. de Continent. caus. c.

10. princ.

quando de concursu Actionum differens in hæc erumpit verba: Hæc res per se satis quidem clara ratione vocabuli, sed valdè obscura ratione negotii, de quo tractat, cujus vis ac potestas satis intricata. *Subtilis Bacchovius* rem hanc involutam & diffusam nominat, ad quam non nisi subtiles requirantur cogitationes

B 3

pref.

Prosceniura.

pref. ad lect. Tract. de A-
ctionibus.

Adstipulatur; insuper *Ob-*
rectus, qui in quadam dis-
sertatione sua, auream de
Concurrentibus **A**ctioni-
bus quaestione vocat, quam
ut per se arduam, difficilem
& gravem, ita longè utilis-
simam, omniumq; qui in
jure versantur, lectione ac
cognitione dignissimam,
longè lateq; patere, & per
totum jus civile dispersam
esse ex *Cagnolo*

ad l. nemo 43. de R. I.

scribere non erubescit, sed
luben-

Proscenium.

lubentissimè fatetur, ideoq;
meritò inter omnes alios
juris tractatus principem
obtinere locum seriò asse-
rit. Nec dubium, quin verè
& rectè. Discendum enim
& legendum est, quod in u-
su sumus habituri, ut cum
Plinio loquar.

8. Epistol. 14.

Non nuda & sola nostræ
materiei expectanda est
cognitio *Theoretica*, sed &
eiusdem *practica* ad forum
certissima accommodatio.
Et *scholis* proficit, & *judiciis*
proficit, in quibus nil tra-

Proscenium.

Etatur frequentius, quàm
Actionum Cumulatio, quæ
etiam Actionum Concur-
sus, & ab hoc ut species à ge-
nere discriminatur, ut infra
suo loco demonstrabitur
fusiùs. Quocirca quancquam
nullus hoc æquor adiit, à
nemine adhuc sulcatum,
nullus quoque quod sciam,
præter Scipionis Gentilis de
Concurrentibus Acti-
bus libellum, quem tamen
nondum adhuc videre po-
tui, apud Bibliopolas exstat
de materia nostrâ Tracta-
tus ipso Catalogorum teste
Cata-

Proscenium.

Catalogo: Ego tamen im-
mensum illud mare ingredi
tentabo, periculum mode-
stè faciam, utinam sine peri-
culo! Utinam feliciter! Hâc
verò vice amnem duntaxat
monstrabo comitem qui ad
illud mare in posterū nos o-
ptimè ducere poterit; hoc
est, talia hic tractabo Con-
cursus Actionum prolego-
mena, quibus sine nullus ad
illius intelligentiam facilè
pervenire unquam poterit.
Ut verò eò fiat feliciùs,
contemplabor, ut decet, &
doctrina de methodo Phi-
B 5 loso-

Proscenium.

Philosophorum docet, concurrsum Actionum, ut *constituendum & ut constitutum.*
Constituendum & in genere & in Specie. In genere in definitione sua & divisione: In specie definitionem uberius resolvendo, & per causas accuratius explicando, quarum quaedam *externae*, quaedam *internae.* *Externae* sunt *Causa Efficiens & Causa Finalis.* *Internae* sunt *Materia & Forma.* *Materia* vel est *ex qua*, vel *In qua*, vel *Circa quam.* *Constitutum* Actionum *Concurrsum*
con-


Proscenium.

considerabo & ratione ef-
fectus, & ratione dissolu-
tionis seu quomodo impe-
diatur vel extinguatur.



B 6

SE



SECTIO PRIMA
DE
DEFINITIONE
NOMINALI
SUMMARI A.

Conkursus Actionum in genere
& in specie consideratur N. 1.

In genere in definitione tum no-
minali, tum reali: Nominalis est tri-
plex Etymologica, Æquivoca &
Synonymica N. 2.

Definitio Etymologica omitti-
tur, & eò copiosius tractatur æqui-
voca N. 3.

Vocabulum Konkursus predica-
tur & de rebus animatis, & de re-
bus inanimatis. N. 4.

Demonstratur pro exemplis N. 5.

Con-

Concursus in materia Juris accrescendi fit vel ipso jure vel ipso facto. N. 6.

Jus Accrescendi tum in conjunctione simplici, h.e. verbali vel reali tantum, tum mixta habere locum demonstratur remissive. N. 7.

Posterius demonstratur textibus juris. N. 8.

Actionum Concursus accipitur proprie & improprie. N. 9.

SECTIO PRIMA.

DE

DEFINITIONE NOMINALI.

(1. *) Concursum Actionum constituendum dixi consideratum iri, tum in genere, tum in specie. In genere in definitione sua, quam Logici constituunt du-

duplicem NOMINALEM &
REALEM.

(2.*) NOMINALIS ite-
rùm ipsis est triplex: *Etymologi-
ca, Æquivoca & Synonymica.*

Definitio *Etymologica* cuius
apparet & est in aprico.

(3.*) *Æquivoca* indagine so-
lertiori digna erit. Notus est e-
nim & verus quoque versus ille:

Errorum genetrix est æqui-
vocatio semper.

(4.*) Quod ipsam ergò
Concursus voculam *Separatim*
consideratam & sumptam atti-
net, notandum est, prædicari il-
lam tam de rebus *animatis*, quàm
de *inanimatis*.

(5.*) Prius demonstrat fre-
quentissimus **Creditorum Con-
cursus**

curfus circa unum debitorem,
& in materia Juris Accrescendi
Concurfus hæredū vel legata-
riorum respectu unius hæredi-
tatis, vel rei unius legatæ (6. *)
qui contingit tūm ipso jure, per &
propter conjunctionem, vel so-
lius legis, ut in successione ab
intestato, vel legis & testatoris
simul, sive jam illa sit simplex, hoc
est aut verbalis, aut realis tan-
tūm, sive etiam mixta, cum quæ-
libet sit vera conjunctio, & per
consequens necessariò quoque
ibi locum habeat jus accrescen-
di, (sicut hoc demonstratum de-
dimus in nostro de jure Accrescen-
di Discursu) tūm ipso facto, quan-
do scilicet (7. *) nec voluntariè
& sponre, nec coactè ullus de-
ficit,

ficit, sed uterq; concurrere non desinit, h. e. actualiter concurrat, partemq; facit suam.

(8. *) *Posterius confirmat*

§. Si res aliena §. 1. de legat.

Ubi dicitur, duas lucrativas causas in eundem hominem & eandem rem concurrere non posse.

Probat id etiam.

l. Nunquam 2. D. de privatis delictis

Ibi: Nunquam plura delicta concurrentia faciunt, ut ullius impunitas detur.

Evincit idem

l. Privilegia 32. D. de rebus qua autb. jud. possid.

Et ita habet: Privilegia non ex tempore æstimantur, sed ex causa: Et si ejusdem tituli fuerint,

rint,

rint, concurrunt, licet diversitates temporis in his fuerint.

Et quid multis? Patescit hocce ex omnibus juris textibus in quibus de Actionum Concurrentiâ agitur.

(9. *) Quod spectat ipsum Actionum Concursum, sciendum est, acceptari illum proprie & improprie. Illo modo sumpta Actionum Concurrentia secundum Hilligerum quidem nihil aliud denotat, quam electivam & alternativam Actionum competentiam, ubi scilicet ex duabus Actionibus competentibus unâ electâ altera consumitur, perimitur & tollitur: Verum id infra, ut copia erit, notabimus, simulq; ibi eas duntaxat improprie

prie concurrere Actiones de-
monstrabimus, in quibus vel
Subjectum vel *Objectum*, vel *Causa*
vel *Finis* sese haud legitime ha-
beant.

Hoc modo sumptus Actionum
Concursus ijs tantum tribuitur
Actionibus, quæ de re unâ com-
petunt & dantur eidem adversus
eundem.

SECTIO SECUNDA.

DE DEFINITIONE REALI SUMMARIÆ.

Definitur Concursus Actionum à
Da. variè. N. 1.

Obrechtii definitio profertur. N. 2.

Recensentur alie Doctorem de-
finitiones. N. 3.

EXA-

Examinantur illa & refutantur

N. 4.

Datur Concurſus Actionis civiliſ & criminalis. N. 5.

Definitur Actio criminalis & civilis. N. 6.

De jure Saxonico illa ſaltem dicitur actio criminalis, in qua corporalis poena infligitur. N. 7.

Vera concurſus Actionum definitio proponitur. N. 8.

Breviter illa explicatur. N. 9.

Donellus verba de eadem re pro vi ac poteſtate actionis accipit, h. e. pro uno eodẽq; fine, & per diverſas res intelligit diverſos fines N. 10.

Actiones diverſarum rerum nomine competentes non verè concurrere probatur. N. 11.

Actiones de re eadem competentes

rentes electivè duntaxat secundùm
Donellum concurrunt : Probatum
& legibus & exemplis. N. 12.

Refutatur Donellus. N. 13.

Explicatur l. nunquam 130. D. de
R. J. N. 14.

Explicatur l. in ambigua voce 19
D. de ll. N. 15.

Explicatur l. interdum fur 56. pr.
D. de furt. N. 16.

Bona Fides non patitur idem bis
peti. N. 17.

Refutatur cum Donello consen-
tiens Bacchovius. N. 18.

Refutatur Hottomannus, verba
ejusdem rei nomine pro eodem
facto & delicto accipiens. N. 19.

Vera proponitur verborum illo-
rum ejusdem rei nomine vel de
eadem

eadem re explicatio. N. 20.

*Falso in l. nunquam 60. D. de
Oblig. & Act. substituitur pro pe-
cunia vocabulum peccati. N. 21.*

*Econtra vero rectè pro nominis
vocabulo pecunie vocabam in l. no-
minis 4. D. de V. S. Dd. substitu-
unt. N. 22.*

*Ad objectionem quandam re-
spondetur ex Dn. Hortledero. N. 23.*

*Explicatur l. rei 5. pr. D. de V. S.
N. 24.*

*Actiones concurrentes uni sal-
tem contra unum competunt. N. 25.*

SECTIO SECUNDA.

DE

DEFINITIONE REALI.

(1.)* Nunc ad Realem Con-

CU

curfus Actionum devenio defini-
 tionem, quam variè à variis
 traditam esse invenio & offen-
 do (2. *) Vulgatissima est Obre-
 ptiana, quam reperire est in

Tr. de Conc. & form. libell. c. 21.
p. 159. N. 5.

Et ita habet. Concurfus Actio-
 rum jure civili introductus nihil
 aliud est, quam cum duæ, plu-
 resve Actiones ejusdem rei no-
 mine ex una vel pluribus ex cau-
 sis, vel ex uno seu pluribus ex
 factis descendunt, quæ uni ad-
 versus eundem competunt.

(3. *) Memini & in publi-
 cã lectione prolata definitionis
 talis: Concurfus actionum est
 jus pluribus remediis id, quod
 sibi debetur in judicio perse-
 quere.

quendi. Sed alii aliter definiunt:
 quidam & hoc modo: Concursum
 Actionum nihil aliud esse dici-
 mus, quam si uni adversus eun-
 dem circa rem eandem duæ
 pluresve competunt Actiones,
 de quibus est quæstio, an vel o-
 mnibus, vel unâ quis experiri
 possit.

(4. *) Nulla ex hisce mihi
 arridet, cum nulla sese, uti dece-
 bat, rectè habeat. Prima & ulti-
 ma essentiali suo requisito h. c.
 genere destituuntur, ut alia, quæ
 in hisce correctione indigent,
 silentio præteream. Altera licet
 plausibilis, nimis tamen lata &
 angusta est. *Latior* suo definito
 ideò existit, quod cuilibet com-
 petat Conjunctioni Actionum,
 quæ

qualis illa fit, vel improprie acceptata, quod contra Logicorum regulas. Ita adaptari potest hæc definitio, Concursum plurimum Actionum diversarum rerum nomine & ad diversos fines, & contra diversas personas competentium, quem tamen proprium esse negamus & infra probabimus. *Restrictior* ideo est hæc definitio quod non competit Actionis Civilis & criminalis concursui propter verba *Quod sibi debetur* (s. *) Jam verò indubium ille vocaret in dubium, qui de Dictarum Actionum concursu animi penderet. Plus satis ille patescit ex

l. an. C. quand. Civil. Act. Crim.
minut. in obsequio

Ibi: Quoties de re familiari & civilis & criminalis competit Actio, utraq; licet experiri, (sive prius criminalis sive civilis Actio moveatur) nec si civiliter fuerit actum, criminalis potest consumi, & similiter è contrario.

Ratio autem cur dicta verba, *Quod sibi debetur*, excludant Actionem Criminalem, hæc est; quia in eâ actor non petit, quod sibi, sed quod fisco vel ipsi reo debetur. (6. *) Actio enim criminalis definiri solet, quod sit actio, quâ id, quod Reipublicæ interest, petitur. Et opponitur civili actioni, quâ quis quod sibi debetur, & quod suâ interest, petit & persequitur. Hæc tendit p
C ad

ad vindictam privatam, poenam
 scilicet pecuniariam privato ap-
 plicandam; illa verò tendit ad
 vindictam publicam. Qvis igitur
 non videt, actionem crimi-
 nalem non posse ita defini-
 ri, quod sit jus persequendi in judi-
 cio, quod sibi debetur, & per-
 consequens supra positam defi-
 nitionem concursui actionis Ci-
 vilis & criminalis non compe-
 tere? (7. *) Et id eò magis verifi-
 catur de jure Saxonico, de quo
 illa tantum est actio criminalis,
 in qua corporalis poena infligi-
 tur. Land-Recht l. 1. art. 68. ibi.
 Umb welcher Schuld willen der
 Mann verfast wird / wird er in der
 Acht gefangen / vnd für Gerichte
 bracht / es gehet ihm an den Leib /
 ob

ob er der That vnd Achte vberzeu-
get würde. l. 3. Art. 32. in fi. vide
sis Zobelium par. 1. diff. jur. civ.
& Saxonici diff. 9. p. 80.

(.8*) Melius itaq; fortean,
salvo aliorum rectius sentienti-
um iudicio, ita concursum de-
finiri posse puto, ut quoq; ele-
ctivus simul comprehendatur,
QUOD SIT ACTIONUM
PLURIUM COMPATI-
BILIUM DE EADEM RE
IN UNO ADVERSUS U-
NUM LEGALIS COM-
PETENTIA (.9.*) Verbo com-
patibilium remouentur Actio-
nes sibi invicem *contrariae*, qua-
rum non datur concursus cu-
mulativus, ipsis Imperatoribus
Severo & Antonino testibus in

l. 1. C. de furt. & serv. corrupt.

Aliæque similes ad concurren-
dum minùs aptæ Actiones, de
quibus infrà agetur prolixius.

(10. *) Addidi in definitione
verba DE EADEM RE, IN
QUIBUS EXPLICANDIS
MIRE SESE TORQUENT IN-
TERPRETES. Sunt, quos pro
vi ac potestate Actionis accepta-
re video, dicentes, *per rem nihil*
aliud denotari, quàm ipsum fi-
nem, & id, ad quod consequen-
dum Actione experiri solea-
mus, inter quos princeps est E-
loquentissimus Donellus.

l. 21. Comment. cap. 3. p. 653. &
sequentibus

Quem sequitur Hunnius,

Vol post ad Treutlerum disp. 13.

Th. 7. p. 1200.

Et ut clariùs loquar, per verba;
 DE EADEM RE, sive EJUS-
 DEM REI NOMINE intel-
 ligunt homines *unum eundemq;*
finem, & per diversas res, diversos
 è contrà *fines* (ii. *) Hisce muni-
 tas Actiones h. e. quæ *diversarum*
rerum nomine competunt, quam-
 vis *in eandem rem* concurrant, &
 ex eodem facto natæ sint, ad
 Concursum cumulativum refe-
 runt, quibus aliàs in sano, vocu-
 la R E R U M, sensu, acceptâ, o-
 mnis omninò proprius in hac
 materiâ denegatur Concurfus,
 & rectè, propter

l. Nemo 43. §. quoties D. de

Reg. jur. l. interdum 56. pr.

D. de furt. l. nunquam 130
D. de reg. jur. §. 1. i. si qua-
drupes pauperiem fecis. l.
Nunquam 60. D. de Obl. &
Act.

In quibus omnibus ad Concur-
 sum Actionum UNA RES EA-
 DEM QVE requiritur.

(12.*) Quæ verò Actiones
 ejusdem rei sunt, seu de Re eadem
 competunt, h. e. ut *Donellus* ex-
 plicat, ad unum eundemq; ten-
 dunt finem, illis electivam dun-
 taxat attribuit Concurrentiam
 propter

d. l. Nemo 43. D. de R. I. l. plura
delicta 53. D. de. Obl. & Act.

Ubi *Modestinus* ita ait: *Plura de-*
lictæ in una re plures admittunt A-
ctiones, sed non posse omnibus uti
 pro-

probatū est: Nam si ex unā Obligatione plures Actiones nascantur, unā tantummodò, non omnibus utendum est.

Utrumq; assertum declarat Donellus exemplo, Prius per Actionem furti & conditionem furtivam. Harum, inquit, utraq; tenetur, qui furtum fecit, ut appareat, eas ex eodem facto nasci, & in eandem rem furtivam incidere.

§. furti actio ult. Inst. de Obl. qua ex del. nasc.

Sed ita hæ actiones circa eandem rem versantur, ut longè diversarum rerum nomine constitutæ sint. Furti namq; Actio poenam petit legitimam dupli aut quadrupli, idq; extra rem furtivam

vam; conditio furtiva persequitur rem ipsam d. §. ult. *Posterius assertum* dilucidat & demonstrat hoc casu: Propone eum, cui commodata res erat, ejus rei furtum fecisse. Adversus hunc ex eodem facto, *eiusdem rei nomine* hæc concurrunt Actiones: commodati, quia commodatum non restituit: Conditio furtiva, quia furtum fecit: Rei vindicatio quia commodator Dominus fuit: Et propter rei vindicationem ad exhibendum Actio.

l. Qui servum 34. §. 1. D. de Obl. & Act. d. §. ult. Inst. de Obl. quæ ex del. nascuntur.

Omnes cum unam rem oblatam persequantur, ut restituatur,

tur, unius & ejusdem rei nomine competere palam est. De his ergo sic superior regula cavet, ut cui hæ Actiones competunt, possit ab initio eligere unam, quæ experiatur: Cæterum unam tantum debet experiri, non potest pluribus. (13.)* Hæc Donellus profert exempla, quæ quamvis non impugnem, sed facile largiar, huc tamen illa quadrare, & id, quod debebant, demonstrare ac confirmare nego & per nego. Hoc unicè illa inferunt & docent, quod plures de eadem re vel circa eandem rem Actiones competentes, si ad idem consequendum & eundem finem tendant, concurrant elective, h. e. inter se misceantur,

confundantur, & tollantur, ut una ex his tantū exerceri possit: quò tendit *exemplum postremum*, & meris nos quoq; illud concedimus lubentiss, cum bona fides non patiatur, bis idem exigi, dicente Gajo in

l. Bona fides 57. D. de R. I.

Primum verò *exemplum* hoc evincit tantū, quod eæ Actiones, quæ ad diversa & alios fines tendant, concurrant cumulativè h. e. se invicem non consumant, sed utrâq; quis experiri possit ex certissimo hoc juris principio, quod quâ Actione non deducitur in iudicium, & id alia Actione continetur, per eam alia Actio consumi non possit: Aliud autem est poena, aliud

liud rei persecutio. Quocirca
 nec nos hoc inficias imus. In
 quem tandem ergo finem hæc
 fuerunt allata? Nihil planè ad
 rem faciunt. Nō probant, quod
 per verba EIUSDEM REI
 NOMINE, sive DE EADEM
 RE, vel DE EADEM PECU-
 NIA, quibus passim nostræ u-
 tuntur leges de Concursu Actio-
 num loquentes, idem finis de-
 beat intelligi, atq; ita omnes o-
 mninò Actiones, quæ de re unâ
 seu ejusdem rei nomine in jure
 nostro dicantur competere, ele-
 ctivè tantùm concurrere que-
 ant. Immò huic opinationi
 Donellianæ expressè contradi-
 cit ipse Ulpianus in.

l. Nunquam 130. D. de R. J.

€ 6

Dum

Dum ita Scribit : Nunquam A-
 ctiones, præsertim poenales DE
 EADEM RE concurrentes, a-
 lia aliam consumit. (14. *) Ecce!
 Sedulo hic notari velim, Ulpia-
 num loqui de Actionibus, (an il-
 læ tantum sint poenales nunc
 non disputo, uti velle videtur cū
 Hottomanno Hunnius *dicto lo-*
co p. 1202. dum dicit, *particulam,*
præsertim non semper esse impli-
 cativam & comparativam, sed
 interdum restrictivam, ut & hic
in d. l. an verò simul ibi juris-
 consultus intelligat rei persecu-
 torias, quod noster affirmat Do-
 nellus, dum scribit, hæc verba,
præsertim poenales, valere maxi-
 mè poenales tales esse, si solæ poe-
 nales essent, in hoc numero
 (15. *)

(15. *) Eamque vim hujus verbi
praesertim satis indicari cum alibi
 p. 111, tum in illa definitione
l. in ambigua voce 19. D. de ll.

Ubi ita Celsus ait: In ambigua vo-
 ce legis ea potius accipienda est
 significatio, quae vitio caret: *Prae-*
sertim cum etiam voluntas legis
 ex hoc colligi possit.

Hoc enim hic significari pu-
 tat Donellus, semper quidem
 eam interpretationem capien-
 dam esse, quae vitio caret: Sed
 maximè ideò, quia voluntas le-
 gis ex hoc colligi potest. Appa-
 ret denique hinc inde Ulpianum
 illud 70 non consumere praedi-
 care de poenalibus Actionibus
 per comparationem caetera-
 rum: Cujus comparationis haec
 vis

vis sit, ut intelligamus, omnes
 quidem Actiones de eadem re,
 concurrentes eodem isto jure
 haberi, sed inter omnes maxi-
 mē eas, quæ sunt poenales.) Quæ
 de EADEM RE competunt,
 & tamen dicit, quod alia aliam
 non consumat, hoc est utrâque
 quis experiri possit: Id verò ne-
 gat Donellus, atq; ita contrarius
 est Ulpiano, cujus tamen senten-
 tiam approbavit iterum Impe-
 rator Justinianus in

§. ult. Inst. si quadrup. paup. fec.
 Tentat quidem Donellus ad
 hæc respondere loca, dum au-
 dacter scribit, propriè rectè di-
 ci, plures Actiones de eadem re
 concurrentes, sive rei persecu-
 toriæ sint, sive poenæ, nunquam
 unam

unam alteram consumere, cum nunquam una per se aut naturâ suâ, aut ipso concursu alteram consumat, ita ut electio adimatur, cum etiam post litem de unâ contestatam, altera intentari possit, sed cōdemnatione potius aut victoriâ. Sed nullum profectò mihi dubium, quin hæc falsa sint: Demonstrabo inferiùs sufficienter.

(16.*) Infirmitat præterea Donelli opinionē abundè textu elegans, quem unicum præ cæteris hîc allegasse sufficiat.

in l. interdum fur. 56. pr. D. de furt.

Ubi duplex Actio ejusdem rei nomine competens concurrere dicitur cumulativè, quæ Donello ele-

electivè tantum, h. e. *secundum quosdam* non concurrat. Genere quidem una, fateor, actio ibi existit, sed specie & numero duplex, aut, ut apertius loquar, in se unica sed in exercitio considerata duplex ibi actio. Talis etiam, nisi fallor, quamvis in diverso casu offenditur in

l. non est novum 10. D. de Act. Empt. & vend.

ibi: Quod si prius adierit hæreditatem, unam quidem actionem movere potest, sed ita, ut per eam utriusq; contractus sentiat commodum.

Ut verò eò redeamus, undè abivimus, notandum est pro meliori nostri textus in

d. l. 50. D. de furt.

in-

Intellectu, casum ibi proponi talem: Mævius abstulit vestimenta Titio: Vestimenta iterum redeunt in potestatem Domini Titii vel ex titulo emptionis aut donationis, aut modo alio. Verum iterum subripit eadem Mævius. *Quæritur*, quibus Actionibus Mævius conveniri possit? Et *respondetur*, cum Mævio sæpius eorundem vestimentorum subreptorum nomine furti agi posse. Ratio consistit in dualitate delictorum & factorum. Nunquam enim plura delicta concurrentia faciunt, ut illius impunitas detur, neque delictum minuit poenam.

l. Nunquam 2. D. de privatis delictis.

Duali-

Dualitas igitur hic adest Actio-
num, earumque concursus ve-
rus, & tamen *eiusdem saltem rei*
nomine competentium. Non vi-
deo certè, quid hic responderi,
quò hinc nodus dissolvi possit. (17. *)
Nec tibi enim poterit juris Con-
sultus intelligere vim ac potesta-
tem Actionis, h. e. illud ipsum,
quod priori una actione jam
consecutus est actor, consequen-
dum; concederetur enim ita bis
idem peti contra bonam fidem
quod leges nostræ respuunt.

*d. l. bona fides 57. de R. i. l. si se-
mel 25. D. de peculio l. qui
bis 18. D. de Verb. Obl. l. si
quis dolo 51. D. de re iudicata*
*Ubi Paulus ita: Et puto impro-
bum eum esse, qui velit iterum*

COR-

consequi, quod accepit.

*l. Quiservum 34. pr. de Obl. &
Act. l. si sine iudice 22. §. Ju-
lianus 6. D. rem ratam ha-
beri.*

Sed ad oculum exinde patescit,
ipsam ibidem significari rem
furtivam seu furto sæpius subre-
ptam, quod vel sequentia verba
inducant, Veulti si res, (cujus
nomine paulò ante sæpius furto
agi posse dictum erat) in Do-
mini potestatem rediisset.
Facit huc

*l. inter omnes 46. pr. & §. ult.
D. de furt.*

Indubitatè igitur falsitatis de-
nuò incusanda est Donelliana
phrasium istarum, ejusdem R E I
NO-

NOMINE, de EADEM RE,
interpretatio, cui jamdudum
quoque ipsius solertissimus Enu-
cleator Hilliger nigrum præfixit
theta in

Donello suo Enucleato lib. 21. c. 3.

in Not. lit. a. & l. d.

(18.*) Nihilominus tamen,
quod miror, noviter sequi vide-
tur Donellum Bachovius in
Commētario suo ad tit. §. I. inst.
n̄ quadrupes pauperiem fecisse
dicatur, quando post multam
hujus rei ventilationem tandem
concludit, ad Concursum cu-
mulativum Actionum, ne scili-
cet altera alteram consumat, re-
quiri, & diversitatem rerum
petitarum, & causæ & nimi-
rum delicti, & plura adeo com-
missa

missa delicta esse oporteat. Videtur itaq; ipsi, quod in dicto §. aliisq; locis dicitur de eadē re paulò pinguius esse accipiendū in Concursu Actionum ex delictis, ita ut per dicta verba intelligamus, delictum in eandem rem & circa eandem commissum esse per plura facta & delicta. Quocirca commodè etiam accipiendum esse dicit, quod ait Ulpianus in

l. Nunquā pen. D. de Obl. Et Act.

Non consumere se invicem Actiones pœnales, de eadem pecunia concurrentes: Quod non omninò eadem specie pecunia significetur, cum videatur Ulpianus speciei pecuniam opponere

ner e voluisse: Nam in identitate speciei vix concursui cumulativo, de quo tamen dicta lex loquatur, locum esse existimat. Et ut maximè eadem sit pecuniæ summa, non tamen veram esse identitatem, cum pecunia in genere consistat. Sed hæc omnia sponte corruunt tanquã fulcro funditùs jam subverso superstructa.

Non minùs falsa est, quã cum Accursio fovet & defendat Hottomannus in suo

*Illustrium questionum libro 9.
29. p. 235. extrem.*

nostrorum vocabulorum ejusdem rei nomine sive de eadem re, explicatio, dum exponit

ponit ea pro eodē facto vel delicto, hoc est, pro causâ, ex quâ quid petitur, quam constituit vel factum conventionis vel delicti. Sed rectè cum Hillegero ipsis dicam scribit Bachovius, ut ita ulteriori refutatione hæc sententia non indigeat. Hottomannus quidem in dicta *l. 56. D. de furt.* quam prævidit sibi objectum iri, quærit rationem diversæ significationis istarum vocularum & eam Juliano, sed falsò adscribit, verùm nullam profert, nec ullam ipso video. Imò potius ex hoc loco alios textus juris, in quibus de eadem re dicitur, vel ejusdem rei fit mentio, unicè & optimè

mè explicari posse adhuc statuo. Non enim ullam rationem invenio, cur dicendum sit, à Juliano in *d. l. unam rem* propriè accipi & appellari & ita à facto distingui, in aliis verò locis impropriè pro facto & delicto, pro ut opinatur Hottomannus.

(20.*.) Quocirca rejectis hinc omnibus, salvâ tamen virorum dissentientium auctoritate, ego per verba illa ejusdem rei nomine, vel de eadem re nihil aliud à JurisConsultis intelligi omninò sentio, quàm obligationis & cōsequenter Actionis Objectum, h. e. uti aliis apertius loqui allubescit, rem in obligationem deductam, vel

vel circa quam Obligatio vertitur & versatur, ut itaq; hæ Actiones, quæ Objectum Concursum positivè constituunt, non possint non de eadem re vel ejusdem rei nomine dundaxat, v. g. de Stichoservo, de Fundo Tusculano, de eqvo Troiano competere, quod infra deducetur copiosius.

Pro synonymicis ergò vocabulis habeo: de eadem re, ejusdem rei nomine, de eadem pecuniâ Illa usurpat Ulpianus in

l. nunquam 130. de R. J. l. non est novum 10. D. de Act. Empti & vend.

D

Alle.

Allegantur illa insuper in

*§. ult. Inst. si quadrup. paup. fec.
dic.*

Ista profert idem laudatus Ul-
pianus in

l. nemo ex his 43. §. 1. D. de R. J.

Utitur hisce etiam Julianus in

l. interdum fur 56. pr. D. de furt.

Hec producit & allegat idem Ul-
pianus in

l. nunquam 60. de Obl. & Act.

Nec ibi pro pecunia substitui
debet vocula peccati, ut ita d. l.
legatur: Nunquam actiones pœ-

nales de eodem peccato con-
currentes, alia aliam consumit.

Altera eni in lectio vetus est, que
habet de eadem pecunia,
& in libris βασιλικῶν repetita, ni-

hilq;

hilq; absurdi, nihil iniqui conti-
net, teste Cujacio, quem allegat
& sequitur Obrechtus in suo.

*Tractatu de concipiend. & for-
mand. libell. c. 21. p. 159. ex-
tremâ,*

Frustra igitur de eâ substitutio-
ne eorum verborum deliberat
Hotcomannus *dicto loco pag. 237.*
Neq; enim considerandum hoc
est, neq; affirmandum, sed po-
tius hîc observandum erit, voca-
bulum pecuniæ non solam si-
gnatam denotare pecuniam,
seu nummum, quod aliàs con-
tingit ex descriptione & notæ
appositione, sed & accipi, quod
fit ob rem subjectâ, pro re tûm
immobili, tûm mobili sive sit

Species & certum quoddam corpus, veluti Stichus, grex, liber, pecunia in cista ut species conclusa vel deposita, sive sit genus, vel genere suo consistens, puta homo, equus, bos, aut in quantitate ponderis, mensurae, numeri consistens, uti res quae mutuo dari potest.

l. mutuum 2. §. 1. Et seq. l. cum quid 3. ubi gloss. Bart. Jason Costal. Donell. Et alii D. de Rebus creditis si certum petatur.

Facit huc apprimè Ulpiani *l. pecunia 178. de Verb. signific.* ubi ita ait: Pecuniae verbum non solum numeratam pecuniam complectitur: Verum omnem

omnem omninò pecuniam h. e.
omnia corpora. Nam corpo-
ra quoq; pecuniæ appellatione
contineri, nemo est qui am-
bigit.

Adstipulatur etiam Hermo-
genianus in

l. pecunia nomine 222. d. t.

*dum ita scribit: Pecuniæ nomi-
ne non solùm numerata pecu-
nia: Sed omnes res tam soli
quam mobiles, & tam corpora,
quam jura continentur.*

(22. *) Consentit insuper
Paulus in

l. Nominis 4. d. t.

Quamvis enim ibi vulgo lega-
tur, nominis appellatione,

rectè tamen & ratione & autho-
 ritate Græcorum interpretum
 moti saniores Juris-Consulti
 pro nominis vocabulo, pecu-
 niæ voculam substituunt, quic-
 quid etiam dicat dissentiens Cu-
 jacius. Suadet namq; id mox se-
 quens ejusdem Pauli responsum
in l. 5. Suadet præterea *in l. 6. eo-*
dem facta repetitio vocabuli no-
 minis, quæ sine *ἰαυτολογία* fieri
 non potuisset. Gæddeus ad dictâ
*l. 4. (23. *)* Objecturo jam mihi,
 leges non licere corrigi, illud
 modestè reponam, melius esse,
 manum legi adhibere criticam,
 quàm vim rationi, legem ita non
 corrigi, cum hoc soli Imperator
 liccat, sed à vitio, quod à libra-
 rio, vel critico quodam imperi-
 to

to in leges irrepsit, liberari, corruptam sanari, & in antiquam dignitatem reponi, pristinoque restitui nitenti. *Eleganter* pluribus hâc de re differit Magnificus Dominus Fridericus Hortlederus Consiliarius Vinaricensis Saxonicus Meritissimus, Promotor meus singulariter Observandus, in suo

de Concursu Actionis Realis mere, ac poenalis mixtae, singulari libello c. ult.

(24.*) Hisce verò, quæ jam de ipso vocabulo pecuniæ attulimus, obstare videtur

l. Rei s. pr. D. de V. S.

ubi ita Paulus scribit: Rei appellatio latior est, quàm pecuniæ,

D 4

quia

quia etiā ea, quæ extra cōputatio-
nē patrimonii nostri sunt, cōti-
net: Cum pecuniæ significatio
ad ea referatur, quæ in patrimo-
nio sunt, Sed facilis est respōsio.
Non enim ibi pecunia oppo-
nitur *Rei absolutè*, sed *secundum*
quid h. e. etsi pecunia rē signi-
cat, inter rem tamen & pecuni-
am tantum interesse dicitur,
quantum inter genus & speciem.
Quod vocatur pecunia, illud
& appellatur res, sed non sem-
per vice versa. Et hæc dixisse,
sufficiat pro explicatione ver-
borum de eadem re in defini-
tione nostrâ concursus Actio-
num superius positorum.

(25.*) Addidi in superibi si-
mul

mulin uno contra vel ad-
versus unum, h. e. in eodem
contra eundē, ut indicarem,
eas Actiones tandem concurre-
re, quæ uni vel pluribus unā
personā uniformiter repræsen-
tantibus competunt, contra u-
num vel plures unam perso-
nam repræsentantes. Uti enim
in materiā juris Accrescendi
plures personæ in eadem re,
ita hic plures actiones, in eadē
persona concurrunt.

l. d. non est novū 10. D. de Act. Empti & vend.

ibi: Non est novum, ut duæ ob-
ligationes in ejusdem per-
sonā de eadem re concur-
rant. Et paulò post Constat
duas esse actiones in ejusdem

D 5

per-

personâ concurrentes. Quod
 r pet. idem Ulpianus in
*l. generaliter s. pr D. de fide-
 jussoribus.*

SECTIO TERTIA.

DE

DIVISIONE

SUMMARIA.

Dividitur concursus Actionum
 in electivum & cumulativum:
 Cumulativus iterum constitui-
 tur duplex, quod sit vel successivè
 cumulativus, vel simul cumulati-
 vus. N. 1.

Electivus concursus describitur.

N. 2.

Concursus successivè cumulati-
 vus describitur. N. 3.

Con-

Concursus simul cumulativus
quid sit, traditur. N. 4.

Hilligeri afferuntur rationes,
quibus insurgit contra concursum
actionum electivum. N. 5.

Respondetur ad eas fusissime tum in
genere, tum in specie. N. 6.

Differentia Concursus juris &
conkursus facti, in materia juris ac-
crescendi proponitur. N. 7.

Explicatur ex Bartolo, quem se-
quitur Dn. Frantzkius l. cū Filio 76.

§. penult. D. de legat. 2. N. 8.

Explicatur l. nemo ex his 43. §. 1.
D. de reg. jur. N. 9.

Explicatur l. qui servum 34. D.
de Oblig. & Act. N. 10.

Explicatur l. in heredem 5. §. 1.
D. de Calumniat. N. 11.

Donelli afferuntur argumenta

D 6

qui

quibus probare conatur, actiones se
in vicem tollere non ipsâ electione
vel litis contestatione, sed perceptio-
ne tandē aut sententiæ demū. N. 12.

Hilligeri opinio confirmatur sta-
tuentis, ipsâ electione, dum inten-
tata est actio, ac litis contestatione
in iudicium deducta, actiones sese
in vicem consumere. N. 13.

Explicatur l. manifestissimi ju-
ris ult. §. 1. C. de furt. N. 14.

Explicatur uberius d. l. qui ser-
vum 34. pr. de Obl. & Act. N. 15.

Explicatur l. quod in herede 9. §.
1. D. de tribut. act. N. 16.

Novum affertur argumentum
pro Donello. N. 17.

Sed respondetur ad illud per di-
stinctionem. N. 18

Actores cauti debent esse in eligen-
dâ

dā actione, cum altera alterā sit
plenior gravior, vel levior. N. 19.

Actiones, quibz attribuitur con-
cursus successivè cumulativus, non
nisi ipsa rei solutione & perceptione
se invicem consumunt & tollunt.
N. 20.

Quid sit unus libellus docetur.
N. 21.

Bartolus refutatur per Baldum
N. 22.

Cumulationis actionum definitio
Bartoli profertur & rejicitur. N. 23.

Petri Frideri Mindani definitio
subijcitur. N. 24.

Obrechtus allegatur & refuta-
tur. N. 25.

Alia Concursus actionum divisio
ab Obrechtio tradita refertur & re-
fellitur. N. 26.

DE-

Definitionem excipit *divisio*, generis in suas species distributio, quam concursus Actionum nostri dari multoties dubitavi, immò parùm, quin planè negaverim, abfuit, tot tantorumq; virosum permotus rationibus, eas Actiones, quæ *electivè* concurrere vulgò dicuntur, verè ac propriè concurrere inficias euntium. Sed mutavi tandem mentem animi, multis ex adverso persuasus juris textibus apertissimis, quibus expressè actiones concurrere dicuntur, quarum tamen unâ tantùm quis experiri debeat, unâ saltè uti liceat

ceat, alterutrâ contentus esse a-
ctor jubeatur, & unâ electâ ad
alteram inhibeatur regressus.

(1.*) Possumus igitur & co-
gimur quoque docendi gratiâ
concursum dividere in Cumu-
lativum & Electivum. Illum
iterum facimus duplicem, vel
successivè cumulativum,
vel simul cumulativum h. e.
Simultaneum, quem vocitare
solent cumulationem.

(2.*) Electivus concursus
ita describi poterit, quod sit A-
ctionum plurium compati-
bilibium se invicem consu-
men-

mentium de eadem re in uno contra unum legalis competentia. *Vel si maius genus retinere proximū, brevius ita*: quod sit Concurfus Actionum se invicem consumentium: hoc est, ut verbis utar Justiniani in

l. ult. C. de Codicillis

quarum unius electione alterius sibi aditum quis præcludit: vel ut cum Ulpiano loquar ex

l. Nemo 43. D. de R. I.

quarū unā quis experiri debet.

Item ex

l. Si servus servum §. proculus 11.

D. ad L. Aquil.

Quarum vel hanc vel illam instituere licet, etsi unā est res judi-

TERTIA.

judicata, alterâ amplius non est
agendum:

Aut quarum alterâ Actione,
altera collitur, ut Paulus dicit in
l. pro socio arbiter 38, §. 1. D. pro

socio

Vel ut idem Paulus loqui solet
aliâs in

*l. qui servum 34, D. de Oblig. &
Act.*

quarum altera alteram perimit
d. l. §. 1.

quarum alterâ altera confundi-
tur §. 2.

quæ inter se miscentur eodē §. 2.

quarum altera post alteram fini-
tur *d. §. 2.*

quarum altera post alteram non
remanet, eodem §. 2.

(3.*)

(3. *) Concurſus Succeſſivè Cumulativus eſt Actionum plurium compatibilium, quarum omnes in judicio intentari & exerceri poſſunt, de eadem re in uno adverſus unum legalis competentia. Vel ſi mavis, & hinc adjecta genus proximum, ut in priori factitatum definitione, Concurſus electivi. Uti enim adoptio ſpecialis per adoptionem in genere ſumtam definiri poſteſt, ita etiam Concurſus Actionũ ſpecialis per concurſum generalem, & quidem hoc modo, quod ſit
Con-

Concurfus Actionum, quarum utraq; in iudicio intentari & exerceri potest: Hoc est, ut Ulpianus loquitur in

l. rei communis 45. D. pro socio
 quarum altera alteram non tollit, nec consumit, quo verbo utitur Imperator in

§. final. Inst. si quadrupes paup. fecis. dic.

& Ulpianus quoq; in

l. Nunquam 130. D. de R. I.

Aut ut Julianus exprimit in.

l. si is qui Stichum 18. D. de Obl. & Act.

quarum altera in iudicium deducta, altera nihilominus integra manet: quarum altera per alteram non consumitur *l. si*

*l. si pro fure 7. §. 1. D. de Con-
dict. furt.*

quarum non solum hæc, sed &
illa exerceri potest

*§. 8. Instit. de Obl. quæ ex deli-
cto nasc.*

Quando præter hanc & illa lo-
cum habet

*d. §. ult. Inst. si quadrupes paup.
fec. dic.*

quando utriusq; commodum
consequitur Actor

*l. Non est novum 10. D. de Act.
Empt. & vend.*

quando omnibus experiri licet

*l. cum ex uno 32. D. de Obl. &
Act.*

quando licet Actori, eam, quam
voluerit, prius exercere, & dein-
de etiam quod amplius in altera
est, consequi *d. l.*

*d. l. qui servum 34. pr. extr. D.
de Obl. & Act.*

(4. *) Concurſus ſimul
Cumulativus ſive Cumula-
tio iterum duplici poterit defi-
niri modo: 1. Quod ſit Actio-
num pluriuin compatibili-
um ſimul in uno libello cō-
jungendarum eodemq; ju-
dicio exercendarum de ea-
dem re in uno adverſus u-
num legalis competentia.
2. Ita: Cumulatio eſt Con-
curſus Actionum compati-
bilium in uno iudicio ſimul
inſtituendarum.

De ſingulis nunc ordine ali-
quid

quid. Et primitus quidem de
Concurſu Electivo.

(5.*) Vehementer contra,
 illum, magno licet aliorum con-
 ſenſu receptum, verâq; juris ra-
 rione ſuffultum, inſurgit novis-
 ſimè Doctiſſimus ille Hilliger &
 certamine ſanè duro impugnare
 illum aggreſſus eſt in ſuo

*Donell, Enucleat. lib. 21, c. 3.
 in Not. lit. A. p. 717. & ſeq.*

Videbimus tamen an & quo-
 modo hujus tela arcere, & ar-
 cem noſtram novis præſidiis
 munire queamus. Verùm or-
 dine procedemus. Ac Primò
 Partes illius ita ſumemus, ne &
 nos quisquam cavillatos, aut
 Hilligeri Aſſeclæ cauſæ ſuæ nos
 præ-

prævaricatos jure meritoque
conqueri possint. *In hanc igitur
ille sententiam.* Etsi increverit pas-
sim concurrentes appellitari Ac-
tiones, quæ disjunctim & alter-
natim competunt, quæ in exer-
cizio sese consumunt, ei tamen
opinionem resistere ipsam *vim ac
potestatem* vocabuli Concur-
rere, quod non nisi de duobus
vel pluribus simul currentibus,
& quæ conjunctim habentur,
prædicetur, & probat ex

*l. Et an eadem causa 14. pr. D.
de Except. rei judicata*

*ubi ita Paulus: (Inspiciendum
est) An eadem causa petendi, &
eadem conditio personarum,
quæ nisi omnia concurrant,
alia res est.*

Illu-

Illustrare rem conatur exemplis: Creditores scilicet ita tandem rectè & verè concurrere in persecutione pignoris, non quando alterutri jus est in isto, sed quando utriq; vel omnibus, teste Ulpiano in

l. idemq; est 7. §. 1. D. qui potior in pign.

Sic duorum delictorum Concursum tum demum existere, non quando ex illis alterutum, sed utrumq; est commissum teste eodem Ulpiano in

l. nunquam 2. D. de privat. delict.

Pari modo rem sese habere in Concursu legatoriorum, de quo tractetur in materiâ juris accrescendi. Concursus enim, inquit, dici-

dicitur ibi quoties non alteru-
ter vel unus ex pluribus, sed o-
mnes ad eandem rem legatam,
non vocantur tantum, sed & ad-
mittuntur, eamque agnoscunt.
Quemadmodum igitur hic di-
cuntur concurrere, non eo ipso,
quod sunt scripti in testamento,
iisque res assignatae, sed quia exi-
stunt in eadem re simul, ut ejus-
dem rei legatum, non uni sed o-
mnibus acquiratur Ita: & actio-
nes concurrere dicendae, non
cum sunt legibus proditae, sed
cum exerceri utraeque in iudicio
& existere possunt, atque ex iis
commodum Actori consequi,
nec non unam expeditam ad aliam
transfiliire licet. Pergit, dicens:
Eodem testamento scripto, ha-

E

re-

redes institutum & substitutum
non concurrere, quia non uter-
que sed alteruter eorum hæres
est: potest

*l. quamdiu 69. D. de acquir. hæ-
red.*

Cum autem unus sit singularis
casus, quo uterq; admittatur, re-
ctè dici putat eo casu concurrere
suum instituti & substituti. Ita
præterea, ut exceptio rei judica-
tæ competat, tria hæc concurrere
oportere repetit: Rem, cau-
sam petendi, & personas casus
dem. Addit deniq; regulam
quam proponit Justinianus in

§. Si res al. era 6. Instit. de leg.
Quæ talis. Dux lucrativæ causæ
in eundem hominē & eandem
rem concurrere non possunt.
Hujus

Hujus dicit non aliam vim esse, quam ex utraque causâ conjunctim rem eandem persequi non licere. Quod autem ex duabus lucrativis causis duæ Actiones disjunctim competant, ut alterutra rem quis consequi possit, non ambigitur.

Hinc concludit Hilliger, Verè ac propriè ex vi verbi, concurrere eas tandem Actiones, cum utraq; intentari & exerceri potest, ut vel utriusq; commodum consequatur Actor, quas nos supra prolixè descripsimus post traditam definitionem. Concurfus successivè cumulativi

Quæ vero actiones alternatim competunt, eas concurrere

renegar, ut cum dicitur *vel hac
vel illa Actione me consecutu-
rum.*

*l. Si mulier 21. §. ult. D. quod
met. causa.*

l. Pro socio 38. §. 1. D. pro socio.

*l. si servus 22. §. Proculus ait II.
D. ad legem Aquil.*

Positâ enim, inquit, electione,
tali, negatur Concurfus. Con-
curfus namque plures actiones
exerceri posse arguit. Ubi au-
tem istius modi est electio, ibi
est una Actio. Et quæ alternatim
competunt, ex iis alterutrum
habetur, vel unum ex pluribus,
non utrumq; vel omnia. Quo-
circa quale discrimen est inter
utrumq; & alterutrum, tale
etiam

etiam inter hæc : Concurrere
 Actiones plures e. g. & commo-
 dati & Aquiliæ, & competere
 actiones plures disjunctim e. g.
 vel tributoriam vel de peculio.
 Competentiam hinc adesse
 concedit Actionum alternati-
 vam, non Concursum. Sicuti
 enim rebus disjunctim lega-
 tis, Stichus, aut Pamphilo, unum
 non plura legata sunt, aliàs agni-
 tione legatarii utrumq; conse-
 qui daretur; pro ut rebus disjun-
 ctim promissis aut venditis, una
 stipulatio est venditio vè, ita &
 hic una actio. Et uti, si cui Sti-
 chus vel Pamphilus legatus, u-
 num adest in tali casu legatum,
 una actio non duplex,

l. Si is 19. D. de Legat. 2.

Sed vel Stichum vel Pamphilum petere liberum est, ita & quamvis e. g. pro socio & communi dividūdo duæ sint actiones, eademq; jure ambæ constitutæ, tamen cum in specie

d. l. pro socio 38. D. pro soc.

Vel hac vel illa impensas fructusve socio consequi concedatur, non existunt ambæ actiones, proinde nec concurrunt, sed dum alterâ intentatâ, altera tollitur, impeditur ejus existentia, fitq; ne cōcurrere possit. Proinde utram actor intenet, eam solum habet actionem. Quare non nisi latè & abusivè talium Actionum Concursum dici dicit. Immo naturalem esse purgnam,

gnam, Concurrere & eligi
 debere, competere utrum-
 que & alterutrum. Idem esse,
 Concurrere electivè, & nō
 concurrere. Contra verum
 duntaxat esse Concursum con-
 cludit, quando una proposi-
 ta actio alteram non tollit,
 quando omnibus experiri
 licet. (6.*). Hæc sunt Hil-
 ligeri tela, hæ rationes, hæ ar-
 gumenta, nec profectò levia, sed
 quæ doctissimum quemq; mo-
 vere possent. Non tamen fa-
 ciendum esse ducimus à senten-
 tentiâ nostrâ divortium, si ac-
 curratè, pro nostrâ tenuitate ea
 intueamur & perpendam⁹, tum

in genere, tùm in specie.

In genere si contemplor & confidero rationes nunc productas, certè omnes eò duntaxat tendunt, ut demonstrent, voculam *Concurrere*, prædicari de rebus pluribus simul currentibus, & quæ conjunctim habentur h. e. **cas Actiones Concurrere**, quæ simul competunt, quarum utraq; exerceri potest; Non verò ea argumenta simul denegant concursum hujuscemodi Actionibus, quarum utraq; quidem ab initio competit, sed unâ tantùm quis in judicio experiri potest, quod tamen est in controversiâ, & de quo disputarur, & quod probari debuisset. Notum est illud axioma juris: **Unius**

us positio non est alterius exclu-
sio. Nullam video in hac ratio-
cinatione consecutionem: A-
ctiones quæ, simul habentur,
cōcurrunt. Ergo illæ, quarū unā
electā, altera consumitur, non
concurrunt. Quæ amabò quæso
consequentia?

*Ex speciali hoc dilucidius pa-
tescet rationum dispectione, ad
quam me nunc converto. Urge-
tur ibi unicè, ut brevibus multa
complectar, & rem in paucissi-
ma conferam, vis vocabuli
Concursus, quæ demonstratur
& declaratur tum exemplis,
tum legibus.*

*Ex his primo loco adducta est
l. Et an eadē 14. D. de exc. rei judic.
Verum, nobis ut videtur, non*

feliciter, cum nihil probet. Quod
 enim ibidem tria hæc, Rem,
 Causam petendi, & perso-
 nas easdem concurrere debe-
 re dicitur, illud non fit ex natu-
 rali vidualæ Concurfus potesta-
 te, sed ex naturâ ipsius exceptio-
 nis rei iudicatæ, de cuius essentia
 est, ut tria hæc concurrant. Se-
 cùs non habet locū. Apparet ad
 oculum *ex ipsâ precedenti lege 12.*
D. eodem, quæ ita habet: Cum
 quæritur, hæc exceptio (rei iudi-
 catæ) noceat, nec nē, inspicien-
 dum est, an idem corpus sit. *Et*
l. 13. Quantitas eadem, idem jus.
 Tandem sequitur *in l. 14. circa*
 quam occupamur: Et an eadem
 causa petendi & eadem conditio
 perso-

personarum, quæ nisi omnia
concurrant, alia res est.

Quis, quæso, non videt, nec ver-
bulum hîc adesse de ipsa vi &
potestate verbi Concurfus, ideo-
que nihil prorsus de hac posse
inde deduci ac proferri, aut ad
maximum hoc saltem, plura,
posse dici concurrere, sive de
pluribus prædicari Concur-
sum, sed non tantum ?

Eadem vis indubiè est cæte-
rarum ab Hilligero allegatarum
legum, vel de Concurfu ipso in
specie & in terminis loquenti-
um. Probant & hoc unicè, illas
Actiones, quarum & hæc & il-
la intentari potest, concurrere,
quod ultrò & nos ambabus lar-
gimur manibus, nec unquam

quis iuit vel ibit inficias, verum non negant simul eas Actiones concurrere, quarum una alteram consumit. Omnes allegati textus, *phrases & formulas loquendi* productas docent, demonstrant, *non rem ipsam.* Et non video quid Hilliger, ex verbo praeter, quo Justinianus utitur in

§. 1. Inst. si quadrupes paup. fecerit.

colligere velit, dum notari illud monet. Signum esse Concursum Cumulativi exinde probatur, praeterea nihil. Ita ex aduerso in iis textibus, ex quibus probare vult, Actionibus alternatim competentibus denegari Con-

CUR-

cursum, exempla tantum A-
ctionum elective concurrenti-
um afferuntur & offenduntur,
præterea nihil. Nec jota ibi de
eo, quod se hinc probasse glori-
atur.

Miror ergo nec satis, Lectu-
rus ipse testis erit.

Nec probant probandum E-
xempla allata effective, sed inten-
tionaliter.

Nam ut ab *ultimo* auspicer, il-
lud abundè supra jam dilutum
est, causam scilicet, Cur tria illa
in

d. l. Et ea eadem 14. D. de Except.

Rei. jud.

concurrere debeant, non inesse
ipsi voculæ concursus, sed i-
psi

psi exceptioni rei judicatae.
 Quod *penultimum* spectat, desi-
 deratur in illo probatio concur-
 sus denegati scriptis eodem te-
 stamento hæredibus, instituto &
 substituto. Dicerẽ ego concur-
 rere illos & non concurrere *di-*
verso respectu: Qui si habetur ad
institutionem hereditariam, utiq;
 prius locũ habet, si verò ad *actio-*
nem & consecutionem hereditatis
effectivam, posterius verificatur.

Ante penultimum si inspicio &
 perpendo *exemplum*, & hoc fal-
 sitate laborare video. Confun-
 ditur namq; in eo **Concursus**
Juris & concursus facti, cu-
 jus utriusq; magnus usus in ma-
 teriã juris accrescendi: Ad illũ
 suffi-

sufficit duos vel plures scriptos esse hæredes, vel legatarios in testamento, iisque rem esse assignatam, testatoremque mortuum. Ad hunc verò requiritur insuper, ut partes faciant suas, ut agnoscant, acquirant, acceptent rem relictam. Paucis: **Concursus juris** oritur & causatur ex ipsâ conjunctione statim à morte testatoris: **Concursus facti** exerit sese effectu institutâ actione. Pro quâ diversitate diversimodè etiam quis concurrere vel non concurrere aut concurrere desisse dicitur. Ita qui vivo testatore decessit planè non concurrat: sed qui post mortem testatoris vivit, statim

tim concurrat: Verum si postea
decedat vel repudi et rem reli-
ctam, concurrere desinit. Vide
his *discursum meum de jure Accres-*
cendi, ubi plura invenies.

Falsum itaq; est, quod scribit
Hilliger, legatarios non dici
concurrere ex eo, quod sint scri-
pti in testamento, iisque res assi-
gnatae, sed quia existant in eade
re simul, ut ejusdem rei legatae
commodum non uni sed omni-
bus acquiratur. Falsa quoq; con-
sequenter necessario est hinc in-
de deducta illatio: & ita potius
inverto: sicut legatarii concur-
rere dicuntur, quamvis non u-
terq; rei legatae sentiat commo-
dum: Ita & actiones concurre-
re dicentur, licet non omnibus
expe-

experiri liceat, & ita non utrius-
que vel omnium emolumentū
actor sentiat. Sed regeris fortè
& pro Hilligero excipis, ipsum
loqui de concursu facti cum lo-
quatur de concursu, quo partes
legatarii facere dicuntur? Re-
sponderi potest, falsam adhuc
manere illationem, quia parti-
culariter procederet ad univer-
sale: Non enim sequitur: Hoc
fit in hoc concursu harum per-
sonarum, ergò & fieri debet in o-
mni concursu Actionum.

Primum & secundum exemplum
nihil aliud evincunt, quàm ver-
bum concurrere de duobus vel
pluribus prædicari simul cur-
rentibus. Concursus enim cre-
ditorum non potest esse nisi duo
ad

ad minimum adsint & existant.
Ita & delictorum, nisi illa omnia
sint commissa. Sed nihil ad rem,
nil contra nos. Etenim, ut tan-
dem quoque ad ea, quæ pro no-
strâ stabiliendâ faciunt senten-
tiâ, deveniamus & in Concur-
su Electivo duo vel plura ad
laxiorem agendi facultatem,
dantur, adsunt, existunt, & simul
ad electionem, quamvis non ad
ipsum exercitium, currunt. Non
igitur alternatim hujuscemodi
Actiones ab initio (ut existimat
Halliger ipsis non Concursum
sed competentiam alternativam
adscribens) competunt, sed si-
mul, conjunctim : Non ex iis
alterutrum tantum habet actor,
sed

sed utrumq; , vel omnia. (8*) Ita
 legatario plures competunt cir-
 ca rem legatam actiones

*l. cum filius 76. §. penult. D. de
 Legat. 2.*

Et l. 1. C. communia de legat.

vel fidei commis.

ubi ita sancit Justinianus: Rectius
 igitur censemus, omnib; tam le-
 gatariis, quàm fideicommissari-
 is unā naturā imponere: Et nō
 solūm personalem actionē
 præstare, sed & in rem: qua-
 tenus eis liceat, easdem res sive
 per quodcunq; genus legati si-
 ve per fidei commissum fuerint
 relictae, vindicare in rem actio-
 ne instituendā: & insuper uti-
 lem servianam i. e. hypo-
 the-

thecariam, super his quæ fuerunt derelicta, in res mortuⁱ præstare. *Et paulò post*: Nihil est grave, etiam adversus eum, nō tantum personale, sed etiam in rem & hypothecariam extendere actionem, in rebus, quas à testatore consecutus est. Repetit hoc idem & confirmat Justinianus in

l. Omne verbum 2. seq. c. eodem.

ibi: Et sit omnibus (fidei commissis ac legatis) perfectus eventus, & ex omnibus nascantur in rem actiones, & ex omnibus hypothecariæ, ex omnibus personales &c.

Ecce

Ecce hîc habes cumulum A-
ctionum! Non una vel alteru-
tra hîc competit, sed tres conce-
duntur legatario, & quidem ta-
libus loqvendi formulis, quas
Hilliger ipse pro veri concursus
notis & signis agnoscit: Et ta-
men electivè tantùm concur-
runt, atq; altera per alteram e-
lectione eliditur, teste Papinia-
no in

*d. l. Cum filius 76. §. variis 8. D.
de legat. 2.*

ubi ita ait: Variis actionibus le-
gatorum simul legatarius uti
non potest. Non enim eâ men-
te datum est legatariis legatum,
pluribus Actionibus uti, sed ut
laxior eis agendi facultas sit ex
unâ interim, quæ fuerat electa,
lega-

legatum petere. Ratio hæc est
quia hæ Actiones sibi invicem
sunt contrariæ, quibus Concur-
sus cumulativus denegatur,

l. 1. C. de furt.

Bartolus in *d. l. 1. C. Communia de
legat. n. 1. lit. d.*

quem allegat & sequitur Magni-
ficus Dn. D. Georgius Frantzki-
us Consiliarius Saxonicus Vina-
riensis, Anhaltinus & Schwartz-
burgicus, Promotor meus sin-
gularis *Exercit. 7. q. 1. p. 189. n.
24.* ubi plura invenies.

Et hoc *primum* esto nostræ fun-
damentum sententiæ.

(9. *) *Alterum* suppeditant
nobis ipsi textus Juris clarissimi
quorum & supra obiter nos
mentionem fecimus, in quibus

70 concurrere prædicatur de Actionibus, se invicem tollentibus & consummentibus.

Produco primitus Ulpiani

l. nemo ex his 43. §. 1. D. de R. I.

ubi ille pro regulâ tradit, quod, Quoties concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, unâ quis experiri possit.

Ecce tibi! Quid quæso, dici posset clariùs & apertiùs? Sed re-gerit tamen Hilliger, longè alium esse verborum intellectum ac sensum, ab eo, qui vulgò iis assignetur. Dicit enim, ibi Ulpianum non loqui de Concursu Electivo, seu improprio, sed de Concursu Cumulativo, h. e. vero

ro

ro ac proprio, non tamen simultaneo, seu de eo, quem Cumulationem vocavimus.

Nec negari ibi utramq; ab Actore Actionem *successivè* exerceri & intentari posse, sed saltem, eas eadem formulâ & simul proponi debere. Deducere conatur hanc explicationem ex serie *in d. l.* præcedentis principii, ac, quæ ibi fit, oppositione exceptionum & Actionum. *In d. pr.* agi de exceptionibus & defensionibus, quæ conjunctim comperunt, Hæc & illa, non hæc aut illa: *Ita in d. §. 1.* qui monstrat differentiam Actionum ab Exceptionibus, Concurrere dici Actiones plures, non quarum

rum alterutra competit a-
ctori, sed utraqve. *In d. pr.* do-
ceri, plures ab eodem Exceptio-
nes conjunctim competentes,
non in diversis judiciis, sed in
eodem judicio, ad eundem li-
berationis finem, unà inferri, eo-
demqve libello defensorio pro-
poni posse: Ita vi oppositionis,
si rectè probeq; sibi constare de-
beat, *ex §. 1.* necessariò sequi,
plures conjunctim competen-
tes Actiones in eodem judicio,
ad eundem consecutionis fi-
nem, simul intentari uno libel-
lo Actoris non posse. In opposi-
tione enim non disconvenire,
solum attributa, sed & subjecta
convenire oportere. Quæ enim,

F

in-

inquit Hilliger, oppositio, quã-
ve aptum discrimen foret? plu-
res defensiones conjunctim
competentes unã proponi pos-
sunt. Ast plures Actiones disjun-
ctim competentes nec separa-
tim exerceri possunt, sed ubi u-
nã actum, ibi altera consumpta
est. Huc verò recidere cum Do-
nelli tam aliorum ferè inter-
pretationes. Talem igitur sen-
sum deniq; adscribit nostræ le-
gis §. 1. Quoties plures Actio-
nes Concurrunt, id est, non
una ex iis, sed omnes, non
alterutra, sed utraqve com-
petit, ejusdem rei nomine,
id est, ratione, seu de eadem
re,

re sive ad idem consequen-
dum, ut in

*l. Item illa verba 18. §. ult. D. de
Const. pec.*

sive ad aliud omninò, ut a-
ctio furti & condictio furti-
va, vel ex parte, ut commo-
dati & Aquiliæ, unà quis ex-
periri debet, id est variis si-
mùl actionibus uti non li-
cet, ut in

l. cum filius 76. §. variis penult.

D. de Legat 2.

ubi vocula simul arguit à con-
trario separatim immò licere.
Hanc expositionem non suadet
modò, sed exigit vis verbi Con-
currere, aliàs oratio secum ipsa

pugnaret hoc sensu: Cum utraque actio competit, alterutra competit, cum omnes unà, ex illis una.

Ita, (quò & inclinavit Hotto-
mannus in suo libro.

Illust. Quest. q. 29. p. 335.

hæsitans tamen quasi hæc sententia illis verbis *d. l.* non satis commodè expressa sit) latè ad *d. l. 43.* respondet Hilliger, an rectè, dubitò, immò nego. Urget, ut summatim dicam, oppositionem Actionum & Exceptionum, in *d. l.* factam, urget vim verbi concurrere, urget voculam simul, in

d. l.

d. l. cum filius 76. §. variis penult. D. de Legat. 2.

Urget deniq; inevitabilē contradictionem quæ ex contrariâ proficiscitur sententiâ.

Oppositionem quod spectat, sanè eam facilè concedere possum, nimirum hîc inter se invicem opponi Actionum & Exceptionum concursum: Hunc esse Cumulativum, cum v. g. ei, qui se dicit jurasse, etiam aliis defensionibus & exceptionibus, puta, rei iudicatæ, transactionis, & præscriptione longi temporis uti liceat,

d. l. Nemo 43. pr. D. de R. l. §.

l. is qui dicit §. D. de Except.

Et prescript.

ubi ita Paulus: Pluribus enim de-
fensionibus uti permittitur. Et

l. Nemo §. D. eodem.

Nemo prohibetur pluribus ex-
ceptionibus uti, quamvis diver-
sa sint.

Illud verò esse Electi-
vum, cum unà saltem quis ex-
periri debeat

d. l. Nemo 43. §. quoties 1. D. de

R. I.

Utrumq; verbum, & uti, & Ex-
periri ipsum indicat Exerciti-
um. Illud affirmatur de ex-
ceptionibus pluribus, hoc
negatur de actionibus plu-
ribus. Ergo oppositio hæc
Ex-

Exceptionum & Actionū consistit in eo, quod illis omnibus ejusdem rei nomine competentibus uti reus possit, his verò minimè actor i. e. planè nullo modo, nec simul, nec successivè, unâ scilicet post alteram, sed unâ tantùm. Nobis enim non videtur esse recipiendum, quod scribit Hilliger, nempe non intelligi *in pr. d. l.* Exceptionum Concursum successivè cumulativum, hoc est, quod plures exceptiones cōjunctim competentes in diversis judiciis ab eodem inferri & proponi possint, cum de hoc nemo Jurisconsultorum dubitaverit, nemo quoque adhuc ambigat, sed simul

cumulativum h. e. exceptio-
num cumulationem, quod
nimirum in eodem iudicio eæ
exceptiones unà simul inferri,
eodemque libello defensorio
proponi possint, Notari hîc ve-
lim verba

*d. l. Is qui dicit 5. D. de Except.
& prescript.*

potest & aliis exceptioni-
bus uti, cum exceptione ju-
ris jurandi, vel aliis solis.

Et quid si verò concedere-
mus, hoc velle Ulpianum *in d. l.*
43. pr. quod reus pluribus Ex-
ceptionibus simul uti possit,
non tamen vi oppositionis sta-
tim sequeretur, ergo actor a-
ctionibus pluribus successive

Ex.

Experiri poterit, sed hoc tantum inde deduci posset, quod actor pluribus ejusdem rei nomine competentibus actionibus, non simul uti posset.

Non simul autem exercentur actiones, *duplici modo*: *Primo*, quando actiones successive instituuntur: *Altero* quando actiones disjunctim exercentur, id est, quando una tantum quis experiri potest & debet. Et enim & Electivus, & Successive cumulativus opponitur Concursum simul cumulativo sive Cumulationi. Recte dicuntur illae actiones non simul exerceri, quando una post

alteram instituitur : Verùm & illæ etiam non simul possunt dici intentari, quando una saltem exercetur. Apprimè huc facit, quamvis ab ipso dissentiente Hilligero pro propria fuerit allegata sententiâ

d. l. Cum filius 76. §. variis penult. D. de Legat. 2.

quæ tamen infirmat magis eam quàm confirmat. Ibi enim expressè phrasis hæc, variis vel pluribus actionibus simul uti non posse, explicatur per hanc, Ex unâ variarum vel plurium actionum, quæ fuerat electa, rem peti debere, h. e. unâ ex iis actorem expe-

experiri posse. Lubentissimè
 ergo Hilligero largior hãc phra-
 sin, unã quis experiri debet,
 nihil aliud denotare, quàm vari-
 is simul actionibus uti non
 licere: Sed consequentiã nego:
 Ergo successivè licet uti:
 cum ita debeat concludi: Ergo
 vel Successivè vel Electivè
 aut disjunctim iis uti licet,
 quia eo in casu in primis, uti jam
 multoties dictum, actiones nõ
 simul dicuntur institui, quan-
 do una tantum exercetur. Et
 observandum insuper est, quod
 Papinianus in

*d. l. Cum filius 76. §. Variis pe-
 nult. D. de Legat. 2.*

F 4

phra-

phrasin illam variis actionibus simul uti non posse, simpliciter statim in eodem §. efferrat ita: Pluribus actionibus uti non posse: Atque ita omittat voculam simul. Formula enim posterior est generalis: Prior verò specialis. Quando igitur dico, Actorem pluribus actionibus uti non posse, idem regulariter & plerumque est, ac si dicerem, Actorem pluribus actionibus nec simul, nec successivè, sed electivè, disjunctim, h. e. unâ tantùm uti posse. Quocirca non puto eum aberrare, qui talè nostræ legis esse sensû diceret: Reus sive is qui negat

gat se debere, pluribus exceptionibus uti non prohibetur, sed actor actionibus pluribus ejusdem rei nomine competentibus, quas nec simul nec successivè intentare potest, sed unâ tantùm experiri debet.

De vi, quam urget, voculæ **Concursus** supra sufficienter egimus. Præsupponit iterum hic tanquam verû, quod adhuc est in controversia, & de quo adhuc sub iudice lis est.

Immò nec ullam videre possum contradictionem, quam nostrâ sententiâ inferri & involvi scribit Hilliger. Oratio, inquit, secum ipsa pugnat hoc sensu: **Cum utraq; actio competit**

petit, alterutra competit,
cum omnes unà, ex illis una.

Verùm, uti aliàs, ita & hìc di-
versus tollit contradictionem
respectus. Laxior agendi fa-
cultas distinguenda est ab ipso
Actionum Exercitio. Respe-
ctu *illius* plures actiones compe-
tere possunt, quanquam ratione
hujus alterutra tantum: respectu
illius omnes competunt unà, ra-
tione *hujus* ex illis una. Ita lega-
tario tres competunt actiones
unà, & tamen etiam ex illis una.

*d. l. cum filius 76. §. variis, pe-
nult, D. de Legat. 2.*

Rectè igitur in hac lege nostra
43. sese habent omnia. *Subjecta*
in oppositione conveniunt,
dum

dum principium *d. l.* loquitur de pluribus Exceptionibus simul competentibus, nec non §. 7. de talibus actionibus, quarum utraqve competit actori ab initio, quamvis non in exercitio. *Attributa* quoq; disconveniunt. Exceptiones dicuntur *in pr.* concurrere *cumulativè*, actiones vero *Electivè* hoc est, *non simul*. Firmissima itaq; nostra opinio, eas actiones verè & propriè dici concurrere, quæ se invicem tollunt, hujus legis utitur fundamine.

(10.*) Profero nunc *secundo loco* Pauli

l. qui servum 34. D. de Oblig. & Act.

Adduxit eam Hilliger pro se *in dict.*

dict. suo Donell. Enucleat. d. l. pag. 717. ext. Sed non existimo pro ipsius sententiâ hanc militare, legem. Verum quidem est, quod ibi dicatur, Et hanc & illam actionem dari, sed exindè non probatur quod erat probandum, actiones scil. eas tantùm verè & propriè concurrere, quarum & hæc & illa datur, quando utraqve competit, non verò, quarum unâ saltem quis experiri potest, & unâ electâ ad alteram inhibetur regressus.

Immò potius nunc nos probamus ex ipsâ lege hac contrarium. Concedit Hilliger, uti dictum,

ctum, illis actionibus verum
 propriumq; Concursum, qua-
 rum & hæc & illa datur,
 quod acceptatur solenniter. Jam
 verò eæ actiones, quarum &
 hanc & illam in *d. l.* dari di-
 citur, electivè concurrunt,
 hoc est, ut ore loquar ipsius Pau-
 li, alterâ electâ altera con-
 sumitur *d. l. pr.* altera actio
 alteram perimit *d. l. §. 1.* &
 actiones illæ inter se mi-
 scentur *d. l. §. 2.*

Conclusio jam est facilis & ex
 præmissis patet.

Addo tertio loco ejusdem Pauli.

*l. Si vulneraveris 43. D. locat.
 Conduct.*

que

qua ita habet: Si vulneraveris
servum tibi locatum, ejusdem
vulneris nomine legis Aquili-
liæ & ex locato actio est, sed
alterutrâ contentus actor
esse debet: Idq; officio judi-
cis continetur, apud quem ex
locato agitur.

Item profero insuper.

l. sed & si is 18. D. ad L. Aquil.

qua talis: Sed & si is, qui pigno-
ri servum accepit, occidit eum
vel vulneravit, lege Aquiliâ &
pignoratitiâ cōveniri pot-
est, sed alterutrâ contentus
esse debebit actor.

(11.*) Addo simul sæpius
laudati Ulpiani.

l. 27

l. in heredem §. 1. D. de Calumniat.

ubi ita ait: Sed etiam præter hanc actionem (de Calumniatoribus) condictio competit, si sola turpitudine accipientis versetur: Nam si & dantis, melior causa erit possidentis. Quare si fuerit condictum, utrum tollitur hæc actio, an verò in triplum danda sit? an exemplo furis & in quadruplum actionē damus & conductionem? Sed puto sufficere alterutram actionem. Ecce hinc habes exempla veri concursus, cum dicatur, & hæc & illa, quam loquendi formulam pro notâ & signo veri Concursus ipse dissentiens agnos-

agnoscit Hilliger, & tamen dicitur, sufficere alterutram actionem, alterutram contentum esse debere actorem, i. e. unam ex illis actionibus quem experiri posse & debere, quod est elective illas actiones concurrere.

Sed quid adhuc respondet Hilliger? Distingui vult formulas hasce: Dari aut competere alterutram actionem, & sufficere alterutram dd. ll. postquam scil. unam actum, & ex ea solidum, quod in utraque obligatione, exactum est.

l. Item illa verba 18. §. vetus ult.

D. de Const. pec.

Nolo jam multa reponere. Pau-

cis.

cis. Plausibilis sit sanè responsio,
ego aliud tamendemonstrabo
abundè *in tractatu speciali*, ubi de
Concursu actionis realis meræ
& pœnalis mixtæ acturus sum.

Unicè isti responso hac vice
opponere lubet

d. l. in heredem §. l. D. de Cal-
umn.

in quo observanda venit quæ-
stio his concepta verbis: Si
condictum fuerit, utrum tolla-
tur hæc actio, an verò in triplū
danda sit? An exemplo furis &
in quadruplum actionem da-
mus & conductionem? Respon-
det Ulpianus: Sed puto suffice-
re alterutram actionem, h. e.
da-

dari alterutrã, alterã actione
alteram tolli, ut responsio
conveniat quæsito
Moneo & hoc in

*d. l. sed & si is 18. D. ad Leg. A-
quil. & d. l. si vulneraveris
43. D. Locat. Conduct.*

non reperiri phrasin illam, suf-
ficere alterutram, sed dici,
alterutrã actione conten-
tum esse debere actorem.
Sed manum de tabula! Brevitatem
suadet & exigit scopus nos-
ter.

(12.) Stat ergo nunc & sub-
sistit firmiter noster Concur-
sus Electivus, cujus ulteriorem
tractationem & explicationem
in

in specialibus expectabit lector tractatibus: Tantum jam aliquid de Actionum Consumptione, in qua potissimum Concurfus ille consistit, seu quomodo actiones se invicem tollant, perimant, confundantur, & inter se misceantur, brevissimè differemus. Duplicem hanc de re apud Doctores invenio opinionem: *Altera* est Donelli, *altera* est ipsius Enucliatoris Hiligeri. *Ille* eò tendit, quod nimirum una actio per alteram non consumatur, vel ipsâ Electione, vel litis contestatione sed perceptione tandem aut sententiâ demùm, quâ vel absol-

sol-

solvatur vel condemnatur reus,
unde etsi una sit electa, inte-
grum tamen sit, ante sententi-
am ad alteram regredi. Non
sufficere putat Donellus nu-
dam & solam electionem,
ut actio per alteram consumi
possit, sed necessario requiri,
quò non tantum priori actione
fuerit actum, sed & iudicium
peractum. Adducit fundamenti
loco sæpius à nobis allegatam
Pauli

*l. qui servum 34. pr. D. de Obl.
& Act.*

ubi dicit, duas quæsitæ esse ac-
tiones, legis Aquiliæ & injuri-
arum, domino servi contume-
liosè verberati: Exiis verò unâ
ele-

electâ, alteram in qua non
 sit amplius, consumi. Nihilominus tamen ibi ipsam electam actionem Paulum interpretari, da qua iudicium, peractû, atque adeo reus condemnatus sit, & quidem in hisce verbis: Quoniam desit bonum & æquum esse, condemnari eum, qui æstimationem præstitit.

Profert deinde

*l. quod in hærede §. 1. D. de
 tributor. act.*

ubi ita ait Ulpianus: Planè si quis velit ex aliâ causa tributoriâ agere, ex aliâ de peculio, audiendus erit: quod sic explicat Donellus, quamvis quis ex unâ cau-

sâ egerit tributoriâ, & minus consecutus sit, quàm vellet aut sperarat, non tamen prohiberi eum ex aliâ causâ agere de peculio. Ideò etiam in verbis præcedentibus eam electionem intelligit, quæ fit cum effectu, id est, quâ actio in iudicium deducta sit, & ad exitum iudicii perducta.

Declarat rem exemplo Donnellus: Si quis, inquit, cum duas has actiones de re haberet, commodati & conductionem furtivam, conductione furtivâ egerit, & litem sit contestatus, si animadvertat, se facile furtum probare non posse, aut se esse dominum,

num, quæ duo in hac conditione auctori probanda sunt,

l. 1. D. de Condict. furt.

potest ex poenitentia repudiare conditionem institutam, & transire ad actionem commodati, in qua facile probare possit commodatum, nec cogatur demonstrare se esse Dominum.

l. commodare 15. l. ita 16. D. commodati.

Sic enim licet editam actionem non solum emendare, sed & mutare,

l. edita C. de edendo.

idque ante, & post litem contestatam, modo ante rem iudicatam.

(13. *) Hilligeri sententia aperte huic est contraria, quæ ipsa

ipsâ solâ electione, dum in-
tentata est actio, ac litis con-
testatione in iudicium de-
ducta, actiones sese invicem
tollere & consumere defen-
dit. Cui & nos albû jure meri-
toq; adjicimus calculum. (14.)*
Et probamus eam cum Hillige-
ro ex

*l. manifestissimi juris ult. §. 1. C.
de furt.*

ubi ita sancit Justinianus: Tales
itaque ambiguitates veterum,
immò magis (quod melius di-
cendum est) ambages nobis de-
cidentibus, in tantâ rerum diffi-
cultate simplicior sententia pla-
cuit, ut in domini sit volun-
tate, sive commodati actio-
nem

nem, adversus res accipien-
tem movere desiderat, sive fur-
ti, adversus eum, qui rem sur-
ripuit: Et alterutrâ earum e-
lectâ dominum non posse
ex pœnitiâ ad alteram
venire actionem. Et quamvis
in hoc textu (quod nobis obiici
posset) non agatur de vero ac
proprio actionum concursu,
cum eæ non contra unum e-
undemquè dentur, sed contra
duos diversos, nimirum alte-
ra adversus commodatarium,
altera adversus eum, qui rem
surripuit; apparet tamen exindè
plus satis & sufficienter natura
ipsa electionis, quomodo

G 3

illa

illa fiat speciatim in actionibus. Immò magis prodest nobis quam obest hoc in casu diversitas illa personarum. Si enim alterutrâ actione electâ, non licet ex poenitentia ad alteram venire actionem, quando datur utraqve contra diversas personas, multò minus licebit, cum dabitur utraqve contra unum eundemqve, in quo casu nos jam versamur deqve eo loquimur. Si quis verò verba hæc allegata ita interpretari vellet, quasi tunc alterutrâ actione electâ dominus non possit ex poenitentia ad alteram venire actionem, si & sententia secuta sit, & dominus vicerit, suumq;
con-

consecutus fuerit, longum ille profectò aberraret à recto. Nec verba nec mēs legis nostræ hoc additamentum patitur. Ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Et quid, quæso, verba in sequenti §. posita denotant? *Postea autem hoc ei cognito, si adversus furem transivit Dominus, omninò liberatur is, qui rem commodatam suscepit, quæcumque causæ exitum adversus furem Dominus habuerit: Eadem definitione obtinente, sive in partem, sive insolidum solvendo sit is, qui rem commodatam accepit.* Certè nihil aliud indicant, quàm liberari commodatarium, nec à Domi-

no

no posse, actione furti jam electâ
 & contra furem institutâ, con-
 veniri, sive dominus vicerit,
 sive victus fuerit. Nam si, cum
 victus fuerit, liceret ad alteram
 transire actionem, cur tandem
 ita sedulò distinxisset Justinia-
 nus, utrum dominus ignorave-
 rit furtum esse factū in re com-
 modatâ, an vero sciverit: Hoc
 casu actione commodati electâ
 non posse intentari actionem
 furti contra furē, sed tantūm il-
 lo casu. Hinc sequitur ergò in ali-
 is non esse licitū. Exceptio enim
 firmat regulā in nō exceptis. Fa-
 cit deinde pro sententiâ nostrâ
l. Si quis agere ult. pr. C. de Codicil.
ubi ita Imperator Theodosius: qui
hæreditatem petit ab ipsis inten-
tionis

tionis exordiis, utrum velit, eligendi habeat potestatem, sciens se unius electione alterius sibi aditum præclusisse. Et Paulo post in §. 1. Illo electionis videlicet jure perdurante, ut qui ex testamento agere voluerit, ad fidei commissum migrare non possit. Nō video quid hīc Donellus regerere posset: Durus nodus ipsi proponitur in iis verbis, Qui ex testamento agere voluerit, quæ planè Donelli explicationem respuunt. Indican- ea principium & exordium actionis, ipsiusque in iudicium deductionem, non finem & iudicium peractum.

Rectè probat insuper Hilligerus assertum hocce ex

*l. generaliter s. extr. D. de fide-
jussoribus.*

ibi: Si reus stipulandi exstiterit hæres rei stipulandi, duas species obligationis sustinebit: Planè si ex alterâ earum egerit, utramque consumet, quia natura obligationum duarum, quas haberet, ea esset, ut cum eo una earum in iudicium deduceretur, altera consumeretur. Deducitur verò tunc, cum in iudiciûm accipitur, non cum sententia fertur, ne dum cum executio fit, aut iudicatio paretur. Eruditè Hilliger *in dicto suo Donell. Enucleato l. 21. c. 3. p. 722.* Locus parallelus à sensu contrario est in
l. si

1. *si is qv̄i Stichum 18. D. de Obl.
& Act.*

ubi *Julianus*, de duabus actionibus cumulativè concurrentibus, & ita se invicem non consumuntibus scribit, eas ita ab initio statim constituisse, ut alterâ in judiciũ deductâ, altera nihilominus integra remaneret, hoc est, non consumeretur. Undè apparet, tunc actionem dici consumi per alteram, quando hæc in iudicium deducta intentata & super eâ lis contestata est.

(15. *) Respondendum nunc est ad argumenta di *Sentientis Donelli* allata, inter quæ primũ obtinet locum, quo desumitur ex

d. l. qui servum 34. pr. de Obl. & Act.

ubi dicit, Electam actionem accipi, de qua iudicium peractum & finitum. Concedit id ipsum quoque ipse Hilliger, sed consequentiam deinde negat: Non sequi, verbum hoc electa in isto loco ita accipitur ergo & sic alibi. Verum enim vero dissentire hic ab ipso cogimur, quamvis in aliis hanc controversiam concernentibus amicè conspiremus & consentiamus cum eo. Amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas. Jam vero nec ullum exstare video in *d. l.* verbum, quo confirmari possit Donelli asser-

asserum. Observari potius pu-
to, quod juris-consultus simpli-
citer dicat *in pr. d. l. alterâ ele-*
ctâ alteram consumi, per
legis Aquiliæ actionem in-
juriarum consumi. *Et in §. 1.*
d. l. alteram actionem peri-
mere alteram ipso jure aut
per exceptionem. Ratio in
principio adjecta, quam urget
Donellus, cur videlicet per legis
Aquiliæ actionem injuriarum
actio consumatur, verbis tem-
poris præteriti proponitur,
non quasi tandem tantum post
finitam actionem legis Aquiliæ
quæri deberet, utrum alia actio
per hanc sit consumpta, sed re-
spectus

respectu habetur ad illud ipsum
 tempus, quo dici posset, desit
 bonum & æquum esse condem-
 nari eum, qui æstimationem
 præstitit: Quod fieret, quando
 reus esset condemnatus, & a-
 ctor vicisset, Exindè tamen non
 sequitur alteram actionem per
 alteram consumi tunc demum,
 quando actor vicerit, & reus sit
 condemnatus. Refragantur ex-
 pressè suprà à nobis allegatæ le-
 ges. Et hic casus insuper est ex iis,
 quæ ἄπὸ πλείστον id est, ut pluri-
 mum accidunt, non quæ ἐκ πα-
 ραλόγου, id est, ex inopinato. De
 iis autem jura constituta sunt, &
 plerumque disponunt, loquun-
 tur, non verò de his. Verbum
 exercere, quod simili modo
 Do-

Donellus urget, nobis planè nihil obstat. Etenim 7ò exercere actionem nihil aliud est, quàm effectivè eligere actionem, hoc est, intentare & in iudicium per litis contestationem deducere. Pro me itaq; illa verba faciunt, rationabilibus est, eã admitti sententiã, ut liceat ei quam voluerit actionem prius exercere, hoc est, intentare, non verò eã actione vincere vel vinci. Exercere in se comprehendit 7ò eligere, & præsupponit nudam extra iudiciale electionem, quæ in simplici mentis

con-

cōceptione cōsistit, & quā nō hīc
non intellectā volum9, nec eā a-
ctionum consumptionē fieri di-
cimus, sed quæ cum exercitio sit
conjuncta, & ita in eff. ctum de-
ducta. Idem ergo est, quando in
d. l. dicitur, licere actori, quam
voluerit actionem, prius exer-
cere, ac si dicatur, prius eli-
gere, nimirum cum effectu, ali-
ter tamen, quā apud Donel-
lum, & in sano sensu hisce acce-
ptis vocabulis. Si verò alicui for-
tean hæc omnia non arrideant,
aliud ipsi proponā responsū,
nimirum in *d. pr. l.* Juris-Con-
sultum Paulum non loqui de
Concursu electivo, sed cu-
mulativo, atque ita de actio-
num

num Consumptione partiali tantum, non verò totali, de quâ tamen unicè nunc disputamus, cum in eâ unicè consistat Concurfus electivus. Probant id verba principii ultima, in quibus Paulus ita quæstionem propositam decidit: *Rationabilibus itaq; est, eam admitti sententiam, ut liceat ei, quam voluerit actionem prius exercere: Quod autem, amplius in alterâ est, etiam hoc exsequi. Quapropter ad omnia, quæ ex prioribus præcedentibus verbis objici tibi poterunt, responderi poterit, relatas esse ibi à Paulo aliorum sententias & opiniones, non verò approbatas, sed magis reprobatas in verbis,*

bis, sed & hæc sententia per prætorem inhibenda est: Rationabilius est.

(16. *) Quod attinet deinde

l. Quod in hered. 9. §. 1. D. de tribut. Act.

quam allegat & opponit Donellus, certè ea potius pro nobis stat, quam contra nos. Interpretationem Donellianam nec verba, nec sententia legis iterùm admittunt, uti rectè animadvertit Halliger. Contorta, prædura, & inconcinna explicatio est, tum verborum, eligere debet, tum horum, planè si quis velit ex aliâ causâ tributoriâ agere, ex aliâ causâ de pecu-
lio

lio, audiendus erit. Electio-
onem ibi accipi debere monet,
quæ sit cum effectu, i. e. quâ
actio in iudicium deducta
sit, & ad exitum iudicii per-
ducta. Sensus ergo erit talis;
eligere debet, quâ actione
experiat, i. e. eâ actione
intentatâ suam consequi,
aut vinci debet. Quilibet vi-
det hoc esse falsum, hoc esse in-
congruum. Nec hoc in mentem
venit Jcto. Eligere quidem a-
ctor pro lubitu actionem potest,
sed in eâ vincere, vel vinci in ex-
itu litis & aleâ iudicii, non est in
ipsius voluntate ac potestate po-
situm. Indigna quoq; inquit Hil-
liger,

liger, decisio foret acumine Ul-
piani, nec sequentia conveni-
rent. Nam dum dicitur, ex di-
versis causis utrâque actione agi
posse, non intelligitur de rebus
diversis & ad diversos fines. Ita
enim nulla dubitandi causa, sed
de iisdem rebus & ad idem con-
sequendum, ut nimirum alterâ
intentatâ iudicio accepto resili-
re, & ad aliam regredi possit,
itemque si ea, sententiâ secun-
dum reum dictâ, finita. Non
minùs falsò Donellus in *d. l. ul-*
timis verbis subintelligit & ad-
dit non addenda, nempe eum,
qui ex unâ causâ egerit tributo-
riâ, & minùs consecutus sit,
quàm vellet aut sperarat,
non

non prohiberi ex aliâ causâ agere de peculio. Sed quid multis? Propriis Donellum telis conficit Hilliger, proprio jugulat gladio *in dict. Donell. Enucl. suo lib. 21. c. 3. p. 722.* ut ita nō necesse habeamus, alienis ipsum convincere telis. Remitto igitur lecturam ad Enuclatorem laudatum.

(17.*) Adhuc tamen pro Donello aliud & quidem firmitus argumentum posset adstrui ex eo, quod Doctores non simpliciter & absolutè, ac indistinctè dicant, alteram actionem per alteram electam consumi, sed cum hac limitatione, nisi quid in alterâ pluris sit, propter.

l. quoties 41, §. 1, D. d. Oblig. & Act.

*Act. l. sed si 47. l. pr. Si a-
ctum 43. D. pro socio l. pra
dia 28. D. de Act. Empt.
& vend. d. l. qui servum 34.
D. de Obl. & Act.*

Quæ limitatio omninò de-
notat consecutionem istius rei,
quæ priori actione petita
est, executionem, sententiam
latam, & unam actionem priori
loco electam, adq; exitum judi-
cii esse perductam. Si enim uni-
us actionis electione solâ per li-
tis contestationem in iudicium
deductâ, consumeretur altera,
falsa hæc esset limitatio, cum
per sententiam tandem mani-
festum fiat, an in residuâ actio-
ne aliquid amplius sit, quod in
priori electâ actione actor non
fue

fuerit consecutus, Sanè non le-
vis hæc objectio, utut à nemi-
ne unquam hæctenus motam
fuisse legerim. (18. *) Sed re-
sponderi potest ex supra dictis,
distinguendo inter Consum-
ptionem partialem & to-
talem; In illâ locum habere,
prolatam limitationem, atq; ita
in Concurſu cumulativo,
non verò in hac & in concur-
ſu electivo, ideoq; errare eos,
qui hunc actionibus eatenus at-
tribuunt & adſcribunt, quate-
nus in earum unâ nondum in-
tentatâ plus est, quam in electâ,
& in iudicium jam deductâ eoq;
ſinitâ actione. (19. *) Deinde
addo & hoc ex abundantia, fal-
ſum

sum esse, quod natura actionis, an nimirum sit gravior alterâ, inq; ea plus sit, quàm in altera, debeat tandem indagari ex sententiâ latâ & iudicio peracto, sed ipsis legibus jam esse proditum, quænam actio sit plenior, gravior vel levior. Huc pertinet §. 5. *Instit.* *Quod cum eo qui in alienâ potestate est, negotium gestum esse dicitur*, ubi Justinianus creditorem informat & instruit, quæ actio sit utilior, & quâ, quod sibi debetur, plenius aut facilius consequi possit. Monendi hîc sunt actores, quibus plures competunt actiones, sed ita, ut Electivè concurrant, unaq; ex iis electa, ad alteram inhibeatur regressus, quò prudenter agant in electione as

ne actionis, cum non omnium eadem sit ratio, sed alia magis, alia minus plena, & eam eligant actionem, quæ commodior sit. Quod ut eò facilius & felicius ab iis fieri posset, constitui mecum *de tali actionum prerogativa* paulò accuratius agere in *Specialibus meis tractatibus*.

(20.*) Tantum hâc vice de **Concurso Electivo**. Paucis nunc aliquid de concursu **Successivè cumulativo**. Uti verò in dispectione concursus electivi consideravimus actionum consumptionem, quâ ratione illa fiat, an solâ electione & litis contestatione, utrùm sententiâ demùm & iudicio peracto, ita

H

hîc

hîc de plurium actionum legibus concessio exercitio, actionum consumptioni contrario, in quo inprimis concursus cumulativus consistit, seu quomodo actiones se invicem non tollant, nec consumant, sed salvæ & integræ maneat, ita ut una post alteram intentari possit, brevissimè differemus. Sciendum itaque est, illud exercitium actionum plurium nec litis contestatione, nec ipsâ sententiâ impediri, sed tantum ipsâ rei solutione aut consecutione & perceptione actoris, quatenus & quousquè solutum perceptumve est. Solutio enim, uti aliam quamcunque obligat-

ligationem, ita & actionem de
re, quæ jam soluta est, compe-
tentem, tollit. Consentit Ulpi-
anus in

*l. item illa 18. §. ult. D. de Con-
stitut. pec.*

cujus hæc sunt verba: Vetus fuit
dubitatio, an qui hæc actione e-
git, fortis obligationem consu-
mat? & tutius est dicere, soluti-
one potius ex hac actione factâ
liberationem contingere, non
litis contestatione: quoni-
am solutio ad utramq; ob-
ligationem proficit.

Consentit quoq; Paulus in

*l. Actione 2. §. 1. D. de tutela &
rationibus distrabendis*

ubi ita scribit: Sed & conditio

H 2

ex

ex furtivâ causâ competit, per
quam si consecutus fuerit
pupillus, quod fuerit ablatum,
tollitur hoc iudicium, quia
nihil absit pupillo.

Sed desino. Plura & de hac
controversiâ intricatissimâ in
special. tractat. proferentur.

(21.*) Restat nunc ut aliquid de
Concurſu simul cumulativo,
seu cumulatione actionum
adiiciamus, sed verbis paucissi-
mis. Mentionem in definitio-
ne illius superius prolatâ feci-
mus unius libelli, quem, quod
notandum Bartolus dici notat,
cujus unica sit conclusio, te-
ste Gothofredo ad

*l. Non est novum 10. D. de Act.
Empt.*

Empt. & vend. lit. e.

(22. *) Sunt quidam quidem inter pragmaticos & interpretes, qui diversarum actionum cumulum, cui omninò definitionem nostram competere statuimus, in uno semper fieri debere libello inficias eunt, Bartoli autoritate moti, dicentis: unum constitui libellū, si plures numero, non autē specie diversæ cōjunguntur actiones: At plures fieri libellos, si plures actiones specie & numero diversæ cumulentur. Verūm possumus Bartolo opponere Baldum & Angel. Aretinum, qui unum omninò constitui libellum asserunt, si diversis actionibus institutis, unica conclusio omnibus communis subjicitur. Ob-

*rectus tract. de Concip. & for-
mand. libell. c. 23. p. 127. N. 5.*

(23.*) Cæterum notandum
hîc est, Cumulationem Actio-
num diversimodè à Dd. defini-
ri: Bartolus dicit, Cumulatio-
nem esse unius actionis cum a-
lia coadunationem.

in l. Edita 3. N. 13. C. de edendo.
Cui assentiri non possumus: Si-
ve enim Cumulationem, five
Coadunationem dicamus, idem
est, atque ita idem per idem de-
finitur.

(24.*) Petrus Friderus
Mindanus definit Cumulatio-
nem Actionum, juris connexi
diversi quidem, sed compatibilis
exercitium, idque vel ex eadem
causâ adversus plures & diver-
sos,

fos, vel ex diversâ causâ adver-
sus eandem personam sive ad e-
andem rem.

lib. 3. de Continent. Causarum

c. 10. p. 127.

Sed & hæc definitio suis laborat
vitiis, quæ suis locis demonstra-
bimus.

(25.*) Obrechtus in lauda-
to suo tractatu

c. 24. p. 180. N. 2.

hoc modo putat describi posse
actionum conjunctionem, quod
sit plurium rerum nomine
competentium Actionum coa-
servatio contra unum vel plu-
res in iudicio eodem in libello
ritè facta.

Verùm nec hæc stare potest
definitio: Ut enim cæteros in

eâ errores taceã, nunquam ego
certè concesserim, quod ponit
Obrechtus. plurium rerum
nomine, cum tamen tantum
detur Cumulatio Actionum,
ejusdem rei nomine com-
petentium. Agnoscit hoc ex par-
te & fatetur sibi ipsi contrarius
Vir ille p. 181. N. 5. dum scribit
Cumulationem fieri unius vel
plurium rerum nomine.
Repetit id eodem capite 24. p. 187.
extr. Ex quibus omnibus, inquit,
apparet, Cumulationem Actio-
num in iis ferè casibus admitti
posse, in quibus supra in Con-
cursu Actionum diximus Actio-
nes subsistere, nec inter se mis-
ceri, vel ullâ ratione tolli: Non

ta-

tamen propter unam solùm rem, sed etiã propter res plures competere. Reiterat idem *d. pag. 181. Num. 7.* Dum conjunctionem actionum quatuor hisce modis fieri posse statuit: vel enim res & actiones sunt diversæ, at causa petendi eadem: vel actiones & causæ petendi sunt diversæ; at res eadẽ: Vel actiones sunt diversæ; at res & causa eadem: Vel deniq; & actiones & res & causæ petendi sunt diversæ. Ecce! Multoties jam dixit Obrechtus, vel unius rei nomine actionum compe-

H 5

ten-

tentium fieri Cumulationem. Dupliciter ergò peccat: 1. Quod non in definitione suâ dixerit unius rei vel plurium rerum nomine competentium: Definitio enim ita angustior est suo definito, hâc ipsius hypothese præsuppositâ, quod non tantùm plurium rerum, sed & unius rei nomine competentium Actionum existat Cumulatio. Deinde 2. & in hoc primariò errat, quod non planè omiserit verba illa plurium rerum nomine, sed statuat, tali modo competentium Actionum dari Cumulationem, Etenim in illis actionibus unicè esse Cumulationem statuimus, quæ unius rei

rei nomine dantur. Immo ipse Obrechtus nullū affert Cumulationis exemplum respectu rerum diversarum. In explicatione modi primi, quo fieri posse dicit Cumulationem, tale profert: Si quis propter rem furto ablatam simpliciter instituit actionem furti, & conditionem furtivam, ea conjunctio, inquit, actionum non rite fit, per,

l. si duo 13. §. idem Julianus 2. D. de jurej.

Etsi enim res & Actiones sunt diversæ, quia actione furti poena, at conditione furtivâ res petitur

l. si pro fure 7. §. 1. D. de Condict.

*dict. furt. l. ancilla 12. C. de
furtis l. si pignore 54. §. 3. D.
de furt.*

tamen quia utraqve actio in fur-
tum concepta est, idcirco simul
proponi non debent. Sed quis
non videt, hoc exemplo pror-
sus non probari & confirmari
actionum Cumulationem di-
versarum rerum nomine
competentium, sed potius in-
firmari & ab ipso negari. Accedit
& id insuper, quod casus propo-
situs loquatur de re una per
furtum scilicet. sublatâ, cujus
nomine competere actionem
furti, & conditionem furti-
vam, palam est. Num verò rectè
illis actionibus ab Obrechtio sit
de-

denegatus Concurfus simul Cumulativus, jam non difputabo.

Tantum hoc dico, ex allegatâ

l. Si duo patroni 13. §. 2. Idem Julianus 2. D. de jurej.

id probari nequaquam poffe,

Intelligit igitur Obrechtus per diverfas res diverfos fines, hoc eft, in casu præfenti, poenam & ipsius rei furto ablatae restitutionem. Quod etiam ex aliis patet exemplis, in fequentibus thefibus ab ipfo allatis, & in primis ex *Numero 32.* ubi ita fcribit: ficut hæc duo remedia funt diverfa, ita res diverfas perfequuntur, proprietatem & poffeffionem, cum nihil habeat commune proprietas cum

cum possessione, Ita & p. 182. N. 23. Actiones de eadē re competentes, ex aduerso vocat, quæ ad idem competunt. Sibi ipse itaque est contrarius iterum Obrechtus, dum in prioribus The- sibus, in quibus de Concursu A- ctionum egit, per rem nihil a- liud intelligi voluit, quàm i- psum corpus, ipsum obli- gationis obiectum, & sic rem in obligationem de- ductam, nunc verò finē & id, ad quod consequendum agimus.

(26. *) Et ita breviter expli- cata est Concursus divisio in
electi-

electivum & cumulativum.

Aliam ab objecto desumptam,
sed quæ non explicat essentiam
ac naturam ipsius Concursus,
proponit idem Obrechtus

*d. tract. de concip. & formand.
libell. c. 21. p. 160.*

dum Concursum distribuit in
realem, personalem, & mix-
tum. Realem appellat, quan-
do plures actiones in rem con-
currunt, ut si ejusdem rei nomi-
ne, ex duabus causis bis rei vin-
dicatio competit.

*l. Et an eadem causa 14. §. A-
ctiones in personam 2. D. de
Except. rei jud.*

Personalem dicit, quando
plures actiones in personam

con-

currunt, ut si ejusdem rei nomine duplex actio empti datur

l. non est novum 10. D. de Act. Empt.

vel actio ex testamento, & actio ex stipulatu,

l. is qui Stichum 18. D. de Oblig. & Act.

Mixtum vocat, quando actio in rem & personam, ut condictio & rei vindicatio, actio ad exhibendum & rei vindicatio concurrunt.

Personalis actionum concursus rursus ab ipso dividitur in rei persecutorium, poenalem & mixtum.

Rei persecutorium dicit, quando plures actiones rei per-
secu-

secutoria concurrunt, ut actio
tributoria & actio de peculio,

*l. quod in herede 9. §. 1. Eligere
D. de tribut. Act.*

Poenalem nominat, quando
poenales actiones, puta actio le-
gis Aquiliae & arborum furtim
caesarum concurrunt

l. 1. D. Arb. furt. cas.

vel actio furti, & actio vi bono-
rum raptorum

l. 1. D. vi bon. rapt.

Mixtum vocat, quando a-
ctio & rei persecutoria, & actio
poenalis concurrunt, ut condi-
ctio furtiva, & actio furti

*d. l. si pro fure 7. §. 1. D. de con-
dict. furt.*

vel actio pro socio & actio furti

l. rei

l. rei communis 45. D. pro socio.
 Sed hæc divisio Concursum a-
 ctionum magis implicat quàm
 explicat. Arrideat hæc cui velit,
 per nos licet, nobis minimè pla-
 cet, cum in eà nulla planè sit
 membrorum oppositio. Aggre-
 dimur nunc Concursum Actio-
 num causas, quas duplices
 constituimus: Externas & in-
 ternas. Externæ sunt causa
 efficiens & causa finalis.

SECTIO QVARTA.

DE

CAUSA EFFICIENTE SUMMARIÀ.

Causa efficiens actionum consi-
 deratur dupliciter & $\kappa\tau$ θεσι
 &

Ἔ καὶ ἀρσιν. N. 1.

Jus civile, individuale tam commune approbatum, quam proprium agnoscitur pro verâ actionum

Concursus causa efficiente. N. 2.

Reijcitur verò jus gentium secundarium seu jus civile speciale

N. 3.

Concursus Actionum dupliciter consideratur, Ἔ formaliter ἔ materialiter. N. 4.

(1,*) CAUSA efficiens actionum Concursus, & quidem formaliter considerati, dupliciter hic considerari poterit cum καὶ θέσιν cum καὶ ἀρσιν.

(2.*) Illo modo, illam consider-

considerantes, agnoscimus pro
illâ jus civile individuale,
& commune approbatum,
& proprium (quid utrumque?
vide discursum nostrum de prin-
cipiis juris) hoc est uno verbo
jus Romanum, quod in se
complectitur etiam interpre-
tationes, sententias ac re-
sponsa prudentum,

*§. 8. Inst. de jur. natur. gent. &
Civil.*

quibus maximè concursum a-
ctionum introductum & con-
stitutum esse apparet ex

*l. unic. pr. C. quand. Civil. Act.
criminal. prejud.*

*ubi dicitur, A plerisq; pruden-
tium*

tium generaliter definitum esse, quodies de re familiari & Civilis & criminalis competat actio, utraqve licere experiri.

Patefcit ex

l. cum ex uno delicto 32. D. de

Obl. & Act.

ibi: Omnibus actionibus experiri permitti post magnas varietates obtinuit

Micat hoc ex

l. plura delicta 53. D. eodem.

ubi ita legitur: Sed non posse omnibus uti probatum est.

Qui textus sanè omnes indicant, disputatum olim fuisse inter juris prudentes & tandem decifum, quæ actio alteram consumere electione, quæve alterã

pe-

perimere consecutione possit & debeat, ut ita omnis hæc doctrina de Concursu Actionum Prudentum nitatur auctoritate. Hilliger *in dict. Donell. suo Enucl. lib. 21. c. 3. p. 720. princip.*

(3^{*}.) Altero modo considerata causa efficiens concursus est illud jus, quo actiones proditæ sunt, quod vocatur nobis jus gentium secundarium, seu jus civile speciale (de quo vide in dict. discursu meo de principiis juris)

(4^{*}.) Notanter verò ab initio statim dixi, Concursus formaliter considerati, quatenus nimirum ille consistit in certâ actione.

actionum consumptione vel in
salvo plurium actionum exerci-
tio. Etenim materialiter
considerati concursus cau-
sam efficientem esse legitimam,
cas juris partes, quibus actiones
natae sunt, facile Obrechtto largi-
ri possem, alias dissentienti *d.*
tract. c. 22. p. 163. N. 1.

SECTIO QUINTA.

DE

CAUSA FINALI

SUMMARIA.

Causa finalis desumitur ex l. cum
filius 76. §. penult. D. de legat.

2. N. 1.

Differentia proponitur concur-
sus electivi & concursus cumulati.

vi. N. 2.

(1. *)

(1.*) **Causa finalis** brevissimis sed perspicuis verbis nobis proponitur in

l. cum filius 76. §. penult. D. de legat. 2.

ubi ait **Papinianus**, plures dari eâ mente actoribus actiones, ut laxior eis agendi facultas sit, hoc est, ut actori pleniq̃ & eò faciliùs jus suum consequi liceat. (2.*) Una enim actio semper est commodior, & utilior alterâ, quã quis in **Concursu Electivo** exercere poterit, & aliam leviolem remittere: in **Concursu verò Cumulativo**, vel post alteram, sive eâ vicerit, sive victus fuerit, intentare ipsi licitum est.

SE-

SECTIO SEXTA.

DE

CAUSIS INTERNIS

&

IN SPECIE DE MATERIA

IN QVA SIVE

SUBIECTO

SUMMARIA.

Materia statuitur triplex. N. 1.
 Materia ex qua omittitur.

N. 2.

Subjectum dicitur duplex, Acti-
 vum & passivum, & quid hoc loco
 utrumq; docetur. N. 3.

Sic fuerun causæ externæ:
 Efficiens & finis. Seqvuntur
 internæ, materia & forma.

I

(I,*)

(1.*) Mâteriam diximus esse, vel ex quâ vel in quâ, vel circa quam. (2.*) Omisâ materiâ ex quâ, videbimus nunc solum in quâ & circa quam hoc est, subiectum & Objectum concursus actionum. Subiectum est duplex : activum & passivum. Illud est persona ista, cui competunt plures actiones seu ut cum Ulpiano loquar ex

l. non est novum 10. D. de Act.

Empt. & vend.

in cuius personâ plures vel duæ concurrunt actiones : Illaque debet esse una eademque vel verè, vel analogicè. Hoc

Sub -

Subjectum scil. passivum
est persona illa, contra quam
plures dantur & concurrunt a-
ctiones, & vel hæc debet esse u-
na eademq;. In quibus enim
casibus non agitur contra ean-
dem personam, illi ad hanc re-
gulam non pertinent, qualis est
in,

l. quire 76. §. 1. D. de furt.

SECTIO SEPTIMA
DE
MATERIA CIRCA QVAM
SIVE OBIECTO
SUMMARIA.

Objectum proponitur duplex
Num. 1.

1 2

Ad

Ad concursum requiruntur actiones compatibles. N. 2.

Quanam actiones improprie dicantur concurrere, tractatur. N. 3.

Tantum de Subjecto concursus Actionum;

Sequitur Objectum, res scilicet circa quas concursus ille versatur.

(1.*) Objectum verò hic constituimus duplex: Positivum & negativum.

(2.*) Positivum sive verum & legitimum concursus objectum, sunt actiones compatibles:

Incompatibilium enim nul-

la inter se est aggregatio & conjunctio atque concursus. Compatibiles verò actiones sunt, quæ quidem sunt diversæ, & vel ex causis diversis ortæ, immò & ad diversa tendentes, sed tamen ita sunt qualificatæ, ut de eadem re eidem contra eundem competere possint. Notari velim quod dicam de eadem re. Eas enim actiones, quæ constituere debent verum concursus objectum, non posse non de eadem re concurrere jam supra dixi, motus tot juris textibus, in quibus semper unus rei fit mentio. Ita præter allegatos textus elegans occurrit in

I 3

l. plus.

l. Plura delicta 53. D. de Obl. & Act.

ubi ita Modestinus: plura delicta in unâ re plures admittunt actiones: Item in

l. Si vulneraveris 43. D. locat. conduct.

ubi Paulus ait: Si vulneraveris servum tibi locatum, ejusdem vulneris nomine legis Aquiliae, & ex locato actio est. Item in

l. unicâ C. quando Civil. act. Criminal. præjud.

in quâ Imperatores Valens, Grat. & Valentia. ita rescribunt: Definitum est, quoties de re familiari & civilis & criminalis competat actio, utraq; licere experiri.

Me-

Merito itaque ab hac tractatione de Concursu actionum exfulare jubemus actionum plurium circa res diversas seu de rebus diversis competentiam, quarum alteram alteram non tolli extra omnem dubitationis aleam, nullo non tempore positum fuisse, omnes norunt. Confirmat id etiam Pauli

l. Lucio Titio 29. D. de Obl. & Act.

quæ ita habet: Lucio Titio cum ex causâ judicati pecunia deberetur & eidem debitori aliam pecuniam crederet, in cautione pecuniæ creditæ non adjecit sibi præter eam pecuniam debitam ex causa judicati. Quæ-

I, 4

ro

ro, an integra sint utraq; Lucio Titio petitiones? Paulus respondit, nihil proponi cur non sint integra.

Quod & eò extendunt Dd. ut & tunc utraqvè petitio diversæ summæ, ex diversâ causâ debitæ integra maneat creditori, quando coacervatio rerum petitarum vel excedat modum jurisdictionis judicantis, modo utriusque petitionis quantitas intra hujus jurisdictionem sit, propter

l. si idem 11. pr. D. de jurisdic.

(3. *) Negativum seu falsum concursus Objectum sunt actiones incompatibiles, quæ non sunt ita qualific-

lificatæ, ut de re unâ eidem,
contra eundem

(quibus verbis Gajum in d. l. si
idem ii. uti jam video)

competere queant, sed natu-
ra ipsarum concursui mutuo re-
pugnat. Hujuscemodi actiones
sunt actiones contrariæ, ha-
bitâ tamen solummodò *ἕσται*
seu respectu ad concursum &
successivè & simul cumula-
tivum, qui illis planè nō com-
petit

l. i. C. de furt. & servo corrupto
l. unica C. si, servus exte-
ro se emi mandaverit,]

ubi dicitur expressè, contrarias a-

I 5

ctio-

ctiones exercere non conceditur: ut ita insigniter errent illi, qui iis etiam actionibus, quæ diversarum rerum nomine competunt Concursum dene-
gari Cumulativum, ex *d. l. pro-
bare* annuntur, cum actiones illæ ibi ratione & respectu per-
secutionis contrariæ sint, & ex eo fundamento concurrere ne-
queant, uti rectè responderet Do-
nellus ad *d. l. unicam*. Hinc verè scribit Petrus | Friderus
Mindanus:

d. lib. 3. de continent. caus. 6. 10.

N. 3 p. 127.

eum idem agere, qui contrarias actiones intendere velit, ac si af-
firmare audeat, & diem & no-
ctem

ctem esse, vel quem sedere sim-
mūl, & ambulare.

Simili modo ad hoc Obje-
ctum concursus negati-
vum optimè referri possunt o-
mnes eæ actiones, quæ quidem
non sunt incōpatibiles, sed ta-
mēimpropriè concurrunt. Im-
propriè verò (ut omnes quasi
in tabellâ exhibeam) dicuntur
concurrere, quæ dantur vel ex
eadem causâ, eidem adver-
sus diversos de re eadem ad
diversa : vel ex eadem cau-
sâ diversis adversus eun-
dem de re eadem ad diver-
sa : vel ex causâ diversâ, ei-

I 6 dem

dem adversus diversos de
re eadem ad idem : vel
ex causâ diversâ diversis ad-
versus diversos de re eadem
ad idem : vel ex causâ di-
versâ eidem adversus di-
versos de re eadem ad di-
versa : vel ex causâ diversâ,
diversis, adversus eundem
de re eadem ad diversa :
vel ex causâ diversâ diver-
sis adversus diversos de re-
bus diversis ad diversa, &c.



SECTIO OCTAVA
DE
FORMA CONCURSUS
ACTIONUM.
SUMMARIA.

Forma constituitur à quibusdam
duplex: Generalis & Specialis

N. 1.

Ultrag₃ reijcitur. N. 2.

Vera concursus Actionum for-
ma subijcitur. N. 3.

Et sic vidimus materiam
concursus actionum: vide-
bimus nunc formam.

(I. *) Formam verò quã
Dd. fovent, agnoscere non pos-
sum,

sum, duplicem: Generalem & specialem. Generalem, consistere dicunt, in aptâ expressione seu reductione qualitatum rei litigiosæ, & iurigentium assignât, eamque hodiè ut plurimum in usu esse. Specialem accidentalem vocât, in formulis actionum potissimè consistentem.

(2.*) Notum est enim illud Philosophorum axioma: Forma dat esse rei: Hoc verò nec de propositâ generali, nec de formâ prædicari poterit specialis.

(3.*) Verius ergò esse videtur, si dicamus formam ipsius acti-

actionū concursus consistere in eo, Quod de eadem re vel circa eandem rem fiat & contingat in eodem contra eundem, & quod una actio alteram tollat vel electione, vel perimat tandem consecutione: Hoc est, quod ex iis actionibus vel unâ tantū, vel Omnibus aut Successivè, aut simul actor experiri possit ac debeat. Ut in verba paucissima conferam, forma concursus actionum consistit, vel in actionis unius institutione & alterius consumptione, vel in Salvo plurium actionum de re unâ eisdem

dem contra eundem competentium exercitio, tum successivo tum simultaneo.

SECTIONONA
DE
EFFECTU CONCURSUS
ACTIONUM.
SUMMARIA.

Concursus actionum ut constitutus consideratur & ratione effectus, & ratione dissolutionis.
N. 1.

Effectus consistit in laxiore agendi facultate. N. 2.

(I.*) Considerato Concursu Actionum, ut constituen-
do, contemplantur jam eum,
ut

ut constitutum & ratione effectus, & ratione dissolutionis seu quomodo impediatur vel extinguatur.

(2. *) Effectus consistit in adeptione illius rei, in cuius gratiam Concursus Actionum constitutus est, hoc est, in laxiore agendi facultate & potestate, quo actor suum eò facilius consequi possit, quod fit, quando ipse unâ ex pluribus actionibus commodiori electâ experitur, vel omnes actiones intentare ipsi licitum est.

(*) (*)

(*)

SE-

SECTIO DECIMA
ET ULTIMA
DE
DISSOLUTIONE SEU
EXSTINCTIONE CON-
CURSUS ACTIONUM.
SUMMARIA.

*C*onkursus Actionum prescripti-
one tollitur. N. 1.

*Varia proponuntur prescriptio-
num species & exempla. N. 2.*

Hæc de primo, quod circa
Concursum Constitutum
considerandum diximus, sequi-
tur alterum, quomodo scilicet
Actionum Conkursus dissolva-
tur, impediatur & extinguatur.

(1*)

(1.*) Notandum verò est hunc nostrum Actionum Concursum communi omnia jura & actiones tollendi ac finiendi modo, exstingui, hoc est, præscriptione atque ita tam diu illum durare, quam diu actionum illarum, in quibus existit Concursum, vel utraque, vel alterutra non fuerit præscripta.

(2.*) Præscriptio verò illa regulariter est triginta vel quadraginta annorum.

l. sicut in rem 3. & seq. 4. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.

ex quibus apparet, isto tempore nulla non jura, nullas non actiones exstingui & tolli.

Im-

Immò & quædam Actiones
 minori præscribuntur tempore,
 & consequenter ipsarum quoq;
 concursus, quales sunt: Actio
 adulterii quæ quinquennio fi-
 nitur

l. adulter. C. ad l. Jul. de adult.

Actio injuriarum, quæ anno
 tollitur

l. si non 5. C. de injur.

quod & approbavit Serenissi-
 mus Elector Saxoniae Augustus
 in novissimis suis Constitutio-
 nibus

Const. 46. p. 4.

ibi: Diemeil die Rechte ordnen
 vnd setzen/das die wörtlichen inju-
 rien in Jahres frist præscribirt
 werden / so lassen wir es auch das
 bey bleiben

Item

Item Actio de dolo quæ bi-
ennio tantum durat

l. final. C. de dolo.

Sed de harum & aliarum ac-
tionum, earumque Concurfus
præfcriptione fortean alio
tempore plura.

Nunc hac vice de Concurfu
Actionum generali hæc di-
xiffe fufficiant. Ergo tandem,
nunc

Terminalia funto.

SOLI DEO GLORIA.

SYL

SYLLABUS LEGUM

aliquot, quæ in hoc opusculo explicatæ & illustratæ sunt.

L. In ambigua voce 19. D. de ll. sect. 2. n. 15. p. 37.

L. In hæredem 5. § 1. D. de Calumniatoribus sect. 3. n. 11. p. 115.

L. Quod in hærede 9. § 1. D. de tributoria actione sect. 3. n. 16. pag. 138. & seq.

L. Cum filius 76. §. penult. D. de legat. 2. sect. 3. n. 8 p. 91. & seq.

L. Et an eadem 14. D. de Except. rei jud. sect. 3. n. 6. pag. 81. & 85.

L. Qui servum 34. D. de Obl. & Act. sect. 3. n. 10 p. 111. & seqq. & n. 15. p. 132. & seqq.

L. Nunquam 60. D. dict. tit. sect. 2. 21. p. 50. & seqq.

L. interdum fur 56. pr. D. de Furtis sect. 2. n. 16. p. 39. extremâ.

L. Noz

Si (o) 25

L. Nominis 4. D. de V.S. sect. 2. n. 22.
p. 53 L. Rei 5. pr. D. eod. tit. sect. ead.
n. 24. p. 55.

L. Nemo ex his 43. §. 1. D. de Reg.
Juris sect. 3. n. 9. pag. 95, & multis
seqq.


L. Nunquam 130. D. eod. tit. sect. 2.
n. 14. pag. 36. & seqq.



Men-

Mendæ quæ præter mentem ir-
repserit sic emendentur.

In proscenio fol. 2. lin. primâ pro brocar-
ticum lege procardicum. Eod. f. lin. pe-
nult. pro Concurentia legatur Concur-
rentia. fol. 3. lin. ultim. pro Confragio-
sam legi debet Confragosam. fol. 5. lin. 2.
lege Friderus pro Fridericus. In sectione
1. fol. 16. ferè. extrem. pro idem substitue
item. In sectione 2. fol. 25. lin. ult. tolla-
tur ult. lit. p. in verbo ultimo. Fol. 42.
lin. 8. pro jurisconsultus leg. Juriscon-
sultus. fol. 49. lin. 4. pro n. leg. u. in voculâ
positivum. In sectione 3. fol. 72. med. pro
alterutum lege alterutrum. eod. fol. in
lin. antepenultimâ pro legatoriorum lege
legatariorum f. 73. med. tolle duo puncta
post vocabulum Ita posita & vocula ad-
quiratur annecte. eod. f. lin. ult. pro scri-
pto, lege scriptos demto commate fol. 85.
in fine lege ita d. l. & an eadem lege 14.
fol. 119. ferè extremo lege quod fol. 130.
med. dele voculam Eo & ita lege ; cum
earum. fol. 135. med. pro rationabilib9.
lege rationabilius. fol. 137. med. simili-
modo legatur. Cetera corrigat Lector.




Kg 840

8

Wm

Wm







Farbkarte #13

B.I.G.

HOFREDI FIBIGII
TRACTATUM
DE *Jesimon*
ONCURSU
CTIONUM
RODROMUS.



L I P S I Æ
Gothofredi Grossii, Bibliop.
VO M. DC. XXXVI.

